# NOUVELLE

# REVUE THÉOLOGIQUE.

---

## ACTES DU SAINT-SIÉGE.

### I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX

### EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

### PIUS PP. IX.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi multa luctuosa et acerba pati ex ipsis diuturni Nostri Pontificatus exordiis Nobis contigerit variis de causis, quas in litteris encyclicis crebro ad Vos datis explicavimus; adeo tamen postremis hisce annis crevit ærumnarum moles, ut ea pene obrueremur, nisi Nos divina benignitas sustentaret. Imo vero modo res eo devenit, ut mors ipsa vitæ tot fluctibus exagitatæ præstare videatur, et elatis in cælum oculis exclamare cogamur interdum : *Melius est nos mori, quam videre mala sanctorum* [1]. Scilicet ex quo alma hæc Urbs Nostra, permittente Deo, armorum vi capta, hominumque regimini subacta fuit contemptorum juris, Religionis hostium, quibus humana omnia et divina promiscua sunt, nulla ferme dies transiit, quin aliis atque aliis injuriis atque vexationibus

(1) 1 Machab., 3, 59.

cordi Nostro jam saucio novum aliquod vulnus infligeretur. Personant adhuc ad aures Nostras questus et gemitus virorum et virginum e religiosis familiis, quæ a suis sedibus exturbatæ et egentes, hostili more profligantur ac disjiciuntur, quemadmodum in iis locis fieri solet ubicumque ea factio dominatur, quæ ad socialem ordinem pervertendum intendit; quippe velut, Athanasio teste, magnus inquiebat Antonius, omnes quidem christianos diabolus odit, sed probos monachos, Christique virgines tolerare nullo modo potest. Illud etiam nuper vidimus quod nunquam futurum suspicabamur, sublatam et abolitam Universitatem Nostram Gregorianam ideo institutam, ut ad eam (juxta veteris auctoris effatum de Romana Anglo saxonum schola scribentis) juniores clerici e longinquis etiam regionibus in doctrina et fide catholica erudiendi venirent, ne quid in suis ecclesiis sinistrum, aut catholicæ unitati contrarium doceretur, et sic in fide stabili roborati ad propria remearent. Ita dum per nefarias artes paulatim omnia Nobis subducuntur præsidia et instrumenta, quibus Ecclesiam universam regere ac moderari valeamus, luculenter patet, quantopere a veritate abhorreat quod nuper affirmatum fuit, nihil esse imminutum, Urbe Nobis adempta, de libertate Romani Pontificis in exercitio spiritualis ministerii et in iis agendis quæ ad catholicum pertinent orbem; simulque manifestius quotidie evincitur quam vere ac merito declaratum toties a Nobis et inculcatum fuerit, sacrilegam ditionis Nostræ usurpationem eo præsertim spectasse ut Pontificii Primatus vis et efficacia frangeretur, ipsaque tandem catholica Religio, si fieri posset, plane deleretur.

Verum non hoc Nobis potissime constitutum est ut de iis malis ad Vos scriberemus, quibus Urbs hæc Nostra et universa simul divexatur Italia; imo angores hosce Nostros mœsto fortasse premeremus silentio, si divina daretur clementia, lenire Nos posse dolores acerrimos, quibus tot Venerabiles Fratres sacrorum Antistites eorumque Clerus et populus in aliis regionibus cruciantur.

Vos enimvero non latet, Venerabiles Fratres, quosdam ex Helveticæ fœderationis Pagis, non tam ab heterodoxis compulsos, quorum imo nonnulli facinus reprobarunt, quam ab actuosis

sectarum asseclis hodie passim rerum potitis, omnem pervertisse ordinem, ipsaque suffodisse constitutionis Ecclesiæ Christi fundamenta, non modo contra quamlibet justitiæ rationisque normam, sed obstante etiam data publice fide; quum ex solemnibus pactis, suffragio et auctoritate quoque legum fœderationis munitis, sartam tectam catholicis manere oporteret religiosam libertatem. Deploravimus equidem in Allocutione Nostra habita die 23 decembris anni præteriti illatam religiosæ rei vim ab illorum Pagorum Guberniis « sive decernendo de dogmatibus catholicæ fidei, sive favendo apostatis, sive exercitium intercipiendo episcopalis potestatis. » At vero justissimæ querelæ Nostræ, exhibitæ etiam mandantibus Nobis fœderali Consilio a Nostro Negotiorum Gestore, neglectæ plane fuerunt, nec æquior ratio habita fuit expostulationum a catholicis cujusvis ordinis, et ab Helvetico Episcopatu iterum atque iterum editarum; quin imo irrogatæ pridem injuriæ novis et gravioribus cumulatæ sunt.

Nam post violentam ejectionem Venerabilis Fratris Gasparis Episcopi Hebronensis et Vicarii Apostolici Gebennensis, quæ tam decora et gloriosa patienti, quam fœda et indecora mandantibus atque exequentibus extitit, Gebennense Gubernium diebus 23 martii et 27 augusti hujus anni duas promulgavit leges plane consentaneas edicto proposito mense octobri superioris anni, quod in memorata Allocutione fuerat a Nobis improbatum. Nimirum idem Gubernium sibi jus arrogavit refingendi in eo Pago constitutionem Ecclesiæ catholicæ, eamque exigendi ad democraticam formam, subjiciens Episcopum cum quoad exercitium propriæ jurisdictionis et administrationis, tum quoad potestatis suæ delegationem auctoritati civili; vetans ne in Pago illo domicilium haberet; definiens parœciarum numerum et limites; proponens formam et conditiones electionis parochorum et vicariorum, casusque et modum revocationis eorum aut suspensionis ab officio; tribuens laicis hominibus jus illos nominandi, laicis item credens temporalem cultus administrationem, eosque, inspectorum instar, rei ecclesiasticæ generatim præficiens. Cautum præterea his legibus, ut sine Gubernii venia, et hac quidem revocabili, parochi et

vicarii functiones nullas exercerent, nullas dignitates acciperent illis ampliores quam per populi electionem essent adepti, iidemque a potestate civili ad jusjurandum adigerentur in ea verba quibus veri nominis apostasia continetur. Nemo non videt hujusmodi leges non solum irritas et nullius roboris esse ex omnimodo potestatis defectu in legislatoribus laicis et ut plurimum heterodoxis; sed etiam in iis quæ præcipiunt sic adversari catholicæ fidei dogmatibus, et ecclesiasticæ disciplinæ, per œcumenicam Synodum Tridentinam et Pontificias Constitutiones sancitæ, ut eas omnino a Nobis improbari damnarique oporteat.

Nos itaque ex officii Nostri debito, auctoritate Nostra Apostolica eas solemniter reprobamus et condemnamus; declarantes simul, illicitum esse ac plane sacrilegum juramentum ab ipsis indictum; eosque propterea omnes, qui in Gebennensi tractu aut alibi juxta earumdem legum decreta aut non absimili modo, suffragante populo et confirmante civili potestate electi, audeant obire munia ecclesiastici ministerii, ipso facto incurrere in excommunicationem majorem peculiariter reservatam huic Sanctæ Sedi aliasque pœnas canonicas : adeoque eos omnes fugiendos esse a fidelibus, juxta divinum monitum, tamquam alienos et fures qui non veniunt nisi ut furentur, mactent et perdant [1].

Tristia quidem et funesta hæc sunt, quæ hactenus commemoravimus, sed funestiora etiam contigerunt in quinque ex septem Pagis, quibus constat Basileensis Diœcesis, nempe Soloduri, Bernæ, Basileæ campestris, Argoviæ, Turegi. Ibi quoque de parœciis, deque parochorum atque vicariorum electione et revocatione leges latæ sunt Ecclesiæ regimen, divinamque constitutionem evertentes, ecclesiasticum ministerium sæculari dominationi subjicientes et omnino schismaticæ; quas proinde, eamque nominatim, quæ lata est a Gubernio Solodurensi die 23 decembris anno 1872, reprobamus et damnamus, et tamquam reprobatas et damnatas perpetuo habendas decernimus. Quum porro Ven. Frater Eugenius Episcopus Basileensis justa indigna-

(1) Ioan., 10, 5, 10.

tione et Apostolica constantia rejecisset articulos quosdam in conciliabulo seu *conferentia*, ut aiunt, *diœcesana*, ad quam convenerant Delegati quinque P agorum supra dictorum, constitutos, sibique propositos, et omnino necessariam haberet rejiciendi causam, quod episcopalem auctoritatem læderent, regimen hierarchicum subverterent, et hæresi faverent aperte ; ob eam rem ab Episcopatu dejectus, a suis ædibus abstractus et in exilium violenter actus fuit. Tum nullum fraudis aut vexationis genus omissum, ut in quinque Pagis prædictis clerus et populus in schisma induceretur ; interdictum clero a quolibet commercio cum Pastore exulante, jussumque datum cathedrali Capitulo Basileensi, ut ad electionem Vicarii Capitularis vel Administratoris conveniret, perinde ac si Sedes episcopalis reapse vacaret; quod facinus indignum strenue Capitulum edita protestatione ab se rejecit. Interim decreto et sententia Magistratuum civilium Bernensium novem et sexaginta parochis territorii Jurensis primo indictum est ne ministerii sui functiones obirent, dein vero abdicatum officium, hac una de causa quod palam testati essent, sese legitimum Episcopum et Pastorem Ven. Fratrem Eugenium unice agnoscere, seu nolle se turpiter ab unitate catholica desciscere. Quo factum est, ut totum illud territorium quod catholicam fidem constanter retinuerat, et Bernensi Pago jampridem junctum fuerat ea lege pactoque ut religionis suæ liberum atque inviolatum exercitium haberet, parœcialibus concionibus, solemnibus baptismatis, nuptiarum et funerum privaretur, conquerente frustra et reclamante fidelium multitudine, jam per summam injuriam in hoc discrimen adducta, ut vel schismaticos hæreticosque pastores politica auctoritate intrusos recipere, vel quocumque sacerdotum auxilio et ministerio destitui cogatur.

Nos utique Deo benedicimus qui eadem gratia, qua martyres olim erigebat et confirmabat, sustentat modo ac roborat eam partem electam catholici gregis, quæ viriliter sequitur Episcopum suum, opponentem murum pro domo Israel, ut stet in prælio in die Domini [1], et nescia formidinis vestigiis ingreditur ipsius Capi-

(1) Ezech., 13, 5.

tis Martyrum Jesu Christi, dum agni mansuetudinem ferociæ luporum objiciens fidem suam alacriter constanterque propugnat.

Nobilem hanc Helvetiorum fidelium constantiam æmulatur haud minori commendatione clerus populusque fidelis in Germania, qui et ipse sequitur exempla illustria Præsulum suorum. Hi enimvero spectaculum facti sunt mundo et angelis et hominibus, qui eosdem indutos catholicæ lorica veritatis et galea salutis prælia Domini strenue præliari undique circumspiciunt, eorumque animi fortitudinem invictamque constantiam eo magis admirantur et eximiis laudibus extollunt, quo magis in dies invalescit acerrima persecutio adversus eos commota in Germanico Imperio ac potissimum in Borussia.

Præter multas et graves injurias catholicæ Ecclesiæ superiori anno irrogatas, Gubernium Borussicum durissimis et iniquissimis perlatis legibus a pristino more prorsus alienis universam Clericorum institutionem et educationem laicæ potestati ita subjecit, ut ad hanc pertineat inquirere ac decernere, quomodo clerici erudiendi ac fingendi sint ad sacerdotalem vitam et pastoralem; atque ulterius progrediens eidem potestati jus tribuit cognoscendi et judicandi de collatione cujusvis officii et beneficii ecclesiastici, atque etiam sacros pastores officio et beneficio privandi. Præterea, quo celerius et plenius ecclesiasticum regimen et hierarchicæ subjectionis ordo ab ipso Christo Domino constitutus subverteretur, plura ab iisdem legibus injecta sunt impedimenta Episcopis quominus per censuras pœnasque canonicas sive animarum saluti, sive sanitati doctrinæ in scholis catholicis, sive obsequio sibi a clericis debito opportune prospiciant; non aliter enim per eas leges fas est Episcopis hæc agere, quam juxta placitum civilis auctoritatis et ad normam ab ipsa propositam. Demum ne quid deesset quo catholica Ecclesia penitus opprimeretur, regium tribunal pro ecclesiasticis negotiis institutum fuit, quo vocari possint Episcopi sacrique Pastores cum a privatis hominibus qui iis subsunt, tum a publicis magistratibus, ut reorum instar judicium sustineant, et in exercitio spiritualis muneris coerceantur.

Sic Ecclesia Christi sanctissima, cui solemnibus etiam itera-

tisque supremorum Principum sponsionibus, publicisque pactis conventis asserta fuerat necessaria et plena religionis libertas, nunc luget in iis locis omni suo spoliata jure, et infestis obnoxia viribus quæ extremum illi minantur excidium; novæ enim leges eo pertinent ne amplius possit existere. Nil mirum igitur quod religiosa tranquillitas pristina graviter eo in Imperio perturbata fuerit ab hujusmodi legibus aliisque Borussici Gubernii consiliis et actibus Ecclesiæ infensissimis. At perturbationis hujus culpam perperam omnino conjicere quis vellet in Germanici Imperii Catholicos. Nam si istis vitio vertendum est, quod legibus illis non acquiescant, quibus salva conscientia acquiescere nequeunt; pari de causa parique modo taxandi essent Jesu Christi Apostoli et Martyres qui atrocissima quæque supplicia et mortem ipsam subire maluerunt, quam proprium prodere officium sanctissimæque suæ Religionis jura violare, impiis obsequendo persequutorum Principum mandatis. Sane, Venerabiles Fratres, si præter leges civilis imperii aliæ nullæ extarent, et hæ quidem sublimioris ordinis, quas agnoscere oportet, violare nefas; si propterea civiles eædem leges supremam constituerent conscientiæ normam, sicut impie juxta et absurde quidam contendunt, reprehensione potius quam honore et laude digni forent primævi martyres et qui deinceps eos sequuti sunt, dum pro Christi fide et Ecclesiæ libertate sanguinem fuderunt; imo vero ne licuisset quidem obstantibus legibus invitisque principibus christianam tradere et propagare religionem, Ecclesiamque fundare. Fides tamen docet, et humana ratio demonstrat, duplicem existere rerum ordinem, simulque binas distinguendas esse potestates in terris, alteram naturalem quæ humanæ societatis tranquillitati et sæcularibus negotiis prospiciat, alteram vero, cujus origo supra naturam est, quæ præest civitati Dei, nimirum Ecclesiæ Christi, ad pacem animarum et salutem æternam divinitus instituta. Hæc autem duplicis potestatis officia sapientissime ordinata sunt, ut reddantur quæ sunt Dei Deo, et propter Deum quæ sunt Cæsaris Cæsari; qui *ideo magnus est, quia cælo minor est; illius enim est ipse, cujus cælum est et omnis creatura* [1]. A quo certe divino mandato nunquam deflexit Ecclesia,

(1) Tertull., Apolog., cap. 30.

quæ semper et ubique fidelium suorum animis ingerere contendit obsequium, quod inviolabiliter servare debent erga supremos Principes, eorumque jura quoad sæcularia; docuitque cum Apostolo, esse Principes non timori boni operis sed mali, jubens fideles subditos esse non solum propter iram, quia Princeps gladium portat vindex in iram ei qui malum agit, sed etiam propter conscientiam, quia in officio suo Dei minister est [1]. Hunc autem Principum metum ipsa cohibuit ad opera mala, eumdem plane excludens a divinæ legis observantia, memor ejus quod fideles docuit beatus Petrus : *Nemo vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; si autem ut christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine* [2].

Quæ cum ita sint, facile intelligetis, Venerabiles Fratres, quanto animi dolore Nos affici oportuerit legentes in epistola nuper ad Nos data ab ipso Germanico Imperatore criminationem non minus atrocem quam insperatam adversus partem, ut ipse ait, catholicorum sibi subditorum, præsertim vero adversus catholicum Germaniæ Clerum et Episcopos. Cujus criminationis ea causa est quod hi nec vincula et tribulationes verentes, nec facientes animam suam pretiosiorem quam se [3], parere recusent commemoratis legibus, eadem constantia, qua priusquam illæ juberentur, protestati fuerant denunciantes earum vitia, expostulationibus explicata gravibus, luculentis, solidissimis, quas toto plaudente orbe catholico et non paucis etiam ex heterodoxis, Principi, Administris ejus, atque ipsis supremis Regni Comitiis exibuerant. Ob eam rem nunc ipsi perduellionis crimine insimulantur, quasi in unum consentiant et conspirent cum iis qui omnes humanæ societatis ordines perturbare nituntur, posthabitis innumeris, præclarisque argumentis, quæ inconcussam eorum fidem et observantiam in Principem, studiumque incensum erga patriam evidenter testantur. Imo Nos ipsi rogamur, ut catholicos illos et sacros Pastores adhortemur ad earum legum observantiam, quod eo valet ut Nostram Ipsi operam gregi Christi opprimendo et dispergendo conferamus. Verum Deo freti confidimus, serenissimum

(1) Rom. 13, 3, seqq. (2) I Petr. 4, 14, 15. (3) Act. 20, 24.

Imperatorem, rebus melius compertis ac perpensis, rejecturum suspicionem tam inanem atque incredibilem erga subditos fidelissimos conceptam, neque passurum diutius, ut eorum honor tam fœda discerpatur obtrectatione, et immerita adversus illos perduret insectatio. Ceterum Imperialem hanc epistolam ultro præteriissemus hoc loco, nisi, Nobis plane insciis et more certe insueto, vulgata fuisset ab officiali Berolini ephemeride una cum alia manu Nostra exarata, qua serenissimi Imperatoris justitiam pro Ecclesia catholica in Borussia appellavimus.

Hæc quæ hucusque recensuimus, ante omnium oculos posita sunt : quare dum cœnobitæ et Deo devotæ virgines communi omnium civium libertate privantur et immani asperitate ejiciuntur, dum publicæ scholæ, in quibus catholica juventus instituitur, a salutari Ecclesiæ magisterio ac vigilantia quotidie magis eximuntur, dum sodalitia ad pietatem fovendam instituta ipsaque Clericorum Seminaria dissolvuntur, dum libertas intercipitur evangelicæ prædicationis, dum elementa religiosæ institutionis in nonnullis regni partibus materna lingua tradi prohibentur, dum a suis abstrahuntur parœciis Curiones quos iisdem Episcopi præfecerunt, dum præsules ipsi reditibus privantur, coercentur mulctis, carceris comminatione terrentur, dum catholici omnigenis vexationibus exagitantur; fierine potest, ut in animum inducamus quod Nobis subjicitur, neque religionem Jesu Christi neque veritatem in causam vocari?

Neque hic finis injuriarum quæ catholicæ Ecclesiæ inferuntur. Nam accedit etiam patrocinium a Borussico, aliisque Guberniis Germanici Imperii aperte susceptum pro novis illis hæreticis, qui se *Veteres-catholicos* dicunt per ejusmodi nominis abusionem, quæ ridicula plane foret, nisi tot errores monstrosi istius sectæ adversus præcipua catholicæ fidei principia, tot sacrilegia in re divina conficienda et in sacramentorum administratione, tot gravissima scandala, tanta demum animarum Christi sanguine redemptarum pernicies vim lacrymarum potius ab oculis exprimerent.

Et sane quid moliantur ac spectent miserrimi isti perditionis filii, luculenter patet, tum ex aliis eorum scriptis, tum maxime ex

impio illo et impudentissimo quod nuper ab eo vulgatum fuit, quem ipsi modo pseudo-episcopum sibi constituerunt. Quandoquidem inficiantur ac pervertunt veram jurisdictionis potestatem in Romano Pontifice et Episcopis beati Petri et Apostolorum successoribus, eamque ad plebem seu, ut aiunt, ad communitatem transferunt ; rejiciunt præfracte et oppugnant magisterium infallibile cum Romani Pontificis, tum totius Ecclesiæ docentis; et adversus Spiritum Sanctum a Christo promissum Ecclesiæ ut in ea maneret in æternum, ausu incredibili affirmant, Romanum Pontificem, nec non universos Episcopos, sacerdotes et populos unitate fidei et communionis cum eo conjunctos, in hæresim incidisse, quum definitiones œcumenici Concilii Vaticani sanxerunt et professi sunt. Eapropter denegant etiam indefectibilitatem Ecclesiæ, blasphemantes ipsam in toto periisse mundo, proindeque visibile ejus Caput et Episcopos defecisse ; ex quo sibi ferunt necessitatem impositam legitimi episcopatus instaurandi in suo pseudo-episcopo, qui non per ostium sed aliunde ascendens, uti fur et latro, in suum ipse caput Christi damnationem convertit.

Nihilosecius infelices isti, qui catholicæ religionis fundamenta suffodiunt, qui notas ejus omnes et proprietates evertunt, qui tam fœdos et multiplices commenti sunt errores, seu potius depromptos e veteri hæreticorum penu et simul collectos in medium protulerunt, minime erubescunt se catholicos dicere, et *veteres-catholicos*, dum doctrina, novitate et numero suo utramque a se vetustatis et catholicitatis notam quam maxime abjudicant. Potiori certe jure adversus istos quam olim per Augustinum contra Donatianos, exurgit Ecclesia in omnes diffusa gentes, quam Christus Filius Dei vivi ædificavit super petram ; adversus quam portæ inferi non prævalebunt ; et quacum Ipse, cui data est omnis potestas in cælo et in terra, se esse dixit omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. « Clamat Ecclesia ad sponsum suum æter-
« num : quid est, quod nescio qui recedentes a me murmurant
« contra me ? Quid est, quod perditi me periisse contendunt ?
« Annuntia mihi exiguitatem dierum meorum : quamdiu ero in hoc
« sæculo? Annuntia mihi propter illos, qui dicunt : fuit et jam non

« est ; propter illos, qui dicunt : impletæ sunt scripturæ, credi-« derunt omnes gentes, sed apostatavit et periit Ecclesia de om-« nibus gentibus. Et annuntiavit, nec vacua fuit vox ista. Quo-« modo annuntiavit? *Ecce ego vobiscum sum usque in consumma-« tionem sæculi.* Mota vocibus vestris et falsis opinionibus « vestris, quærit a Deo, ut exiguitatem dierum suorum annuntiet « sibi; et invenit, Dominum dixisse : *Ecce ego vobiscum sum usque « in consummationem sæculi*. Hic vos dicitis : De nobis dixit ; nos « sumus et erimus usque in consummationem sæculi. Interrogetur « ipse Christus : *Et prædicabitur*, inquit, *hoc Evangelium in universo « orbe, in testimonium omnibus gentibus*, *et tunc veniet finis.* Ergo « usque in finem sæculi Ecclesia in omnibus gentibus. Pereant « hæretici, pereant quod sunt, et inveniantur ut sint quod non « sunt [1]. »

Sed homines isti per iniquitatis et perditionis viam audacius progressi, uti justo Dei judicio hæreticorum sectis usuvenit, hierarchiam quoque sibi fingere voluerunt, sicuti innuimus, ac notorium quemdam a catholica fide apostatam Josephum Hubertum Reinkens pseudo-episcopum sibi elegerunt et constituerunt; atque ut nihil impudentiæ deesset, pro consecratione ejus ad illos confugerunt Ultrajectenses Jansenianos, quos ipsi, antequam ab Ecclesia desciscerent, hæreticos et schismaticos ducebant una cum ceteris catholicis. Josephus tamen ille Hubertus audet se dicere episcopum, et, quod fidem excedit, tanquam episcopus catholicus, edito decreto, agnoscitur et nominatur a serenissimo Germaniæ Imperatore, ac justi episcopi loco habendus et observandus subditis universis proponitur. Atqui vel ipsa catholicæ doctrinæ rudimenta declarant, nullum posse legitimum Episcopum haberi qui fidei et caritatis communione non jungatur Petræ, super quam una ædificata est Ecclesia Christi; qui supremo non adhæreat Pastori, cui omnes Christi oves pascendæ commissæ sunt; qui non devinciatur confirmatori fraternitatis, quæ in mundo est. Et sane « ad Petrum locutus est Dominus ; ad unum

(1) August. in Psalm. 101, enarrat. 2, num. 8, 9.

« ideo, ut unitatem fundaret ex uno [1]; » Petro « magnum et « mirabile consortium potentiæ suæ tribuit divina dignatio, et si « quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam, « nisi per ipsum, dedit quod aliis non negavit [2]. » Hinc est, quod ab hac Apostolica Sede, ubi beatus Petrus « vivit et præsi- « det et præstat quærentibus fidei veritatem [3], in omnes ve- « nerandæ communionis jura dimanant [4], » et hanc eamdem Sedem « ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est « esse membrorum, a qua se quisquis abscidit, fit christianæ reli- « gionis extorris, cum in eadem non cœperit esse compage [5]. »

Hinc sanctus martyr Cyprianus de schismatico disserens pseudo-episcopo Novatiano ipsam ei negavit *christiani* appellationem, utpote sejuncto et abscisso ab Ecclesia Christi. « Quisquis ille est, « *inquit*, et qualiscumque est, christianus non est, qui in Christi « Ecclesia non est. Jactet se licet, et philosophiam vel eloquen- « tiam suam superbis vocibus prædicet ; qui nec fraternam cari- « tatem, nec ecclesiasticam unitatem retinuit, etiam quod prius « fuit amisit. Cum sit a Christo una Ecclesia per totum mundum « in multa membra divisa, item episcopatus unus episcoporum « multorum concordi numerositate diffusus, ille post Dei tradi- « tionem, post connexam et ubique conjunctam catholicæ Eccle- « siæ unitatem, humanam conatur Ecclesiam facere. Qui ergo nec « unitatem spiritus , nec conjunctionem pacis observat, et se ab « Ecclesiæ vinculo et a sacerdotum collegio separat, episcopi nec « potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec « unitatem voluit tenere, nec pacem [6]. »

Nos igitur qui in suprema hac Petri cathedra ad custodiam fidei catholicæ et ad servandam ac tuendam universalis Ecclesiæ

(1) Pacianus *ad Sympron.* ep. 3, n. 11. Cyprian. *de unitat. Eccles.* Optat. *contra Parmen.* lib. 7, n. 3. Siricius. ep. 5. *ad Episcopos Afr.* Innoc. I. *epp. ad Victric. ad conc. Carthag. et Milev.*

(2) Leo M. *serm.* 3, *in sua assumpt.* Optat., lib. 2, n. 2.

(3) Petr. Chrys. *ep. ad Eutich.*

(4) Concil. Aquil. inter. epp. Ambros. ep. II, n. 4. Hieron. *epp.* 14 *et* 16, *ad Damas.*

(5) Bonif. I. *ep. ad Episcopos Thessal.*

(6) Cyprian. *contra Novatian. ep.* 52 *ad Antonian.*

unitatem, licet immerentes, constituti sumus, Decessorum Nostrorum sacrarumque legum morem atque exemplum sequuti, tradita Nobis a cælo potestate, non solum electionem memorati Josephi Huberti Reinkens, contra sacrorum canonum sanctionem factam, illicitam, inanem et omnino nullam, ejusque consecrationem sacrilegam declaramus, rejicimus ac detestamur; sed et ipsum Josephum Hubertum, et qui eum eligere attentarunt, et qui sacrilegæ consecrationi operam commodarunt, et quicumque iisdem adhæserint, eorumque partes sequuti opem, favorem, auxilium, aut consensum præbuerint, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicamus et anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos et in eorum numero habendos esse, a quorum consuetudine congressuque sic omnibus Christifidelibus interdixit Apostolus, ut nec ave illis dicere diserte præceperit [1], declaramus, edicimus et mandamus.

Ex his quæ deplorando magis quam enarrando attigimus, Venerabiles Fratres, satis vobis perspectum est, quam tristis et periculo plena sit in iis quas significavimus Europæ regionibus Catholicorum conditio. Neque vero commodius res agitur, aut pacatiora sunt tempora in America, cujus regiones nonnullæ ita Catholicis infestæ sunt, ut earum Gubernia factis negare videantur catholicam quam profitentur fidem. Ibi enim aliquot ab hinc annis bellum asperrimum contra Ecclesiam, ejusque institutiones et jura hujus Apostolicæ Sedis cœpit commoveri. Hæc si prosequeremur, Nobis non deesset oratio; cum autem propter rerum gravitatem obiter perstringi non possint, de illis alias fusius agemus.

Mirabitur fortasse quispiam ex Vobis, Venerabiles Fratres, tam late patere bellum quod ætate nostra Ecclesiæ catholicæ infertur. Verum quisquis probe noverit indolem, studia, propositum sectarum, sive massonicæ dicantur, sive alio quovis nomine veniant, eaque conferat cum indole, ratione, amplitudine hujus concertationis, qua ferme ubique terrarum Ecclesia impetitur, ambigere non poterit, quin præsens calamitas fraudibus et machinationibus

(1) II Joan., v. 10.

earumdem sectarum potissimum accepta referenda sit. Ex his namque coalescit synagoga Satanæ, quæ contra Ecclesiam Christi suas instruit copias, infert signa, et manum conserit. Hasce jampridem ab ipsis exordiis Prædecessores Nostri, vigiles in Israel, regibus et gentibus denunciarunt, has deinde iterum iterumque damnationibus suis perculerunt; neque Nos ipsi huic officio defuimus. Utinam supremis Ecclesiæ Pastoribus major habita fuisset fides ab iis, qui pestem tam exitiosam potuissent avertere! At illa per sinuosos anfractus irrepens, opere nunquam intermisso, versutis fraudibus multos decipiens, eo tandem devenit, ut e latebris suis erumperet, seque jam potentem dominamque jactaret. Aucta in immensum adlectorum turba, putant nefarii illi cœtus se voti jam compotes factos, ac metam præstitutam tantum non attigisse. Id assequuti aliquando, quod tamdiu inhiaverant, ut pluribus in locis rerum summæ præessent, comparata sibi virium et auctoritatis præsidia eo convertunt audacter, ut Ecclesiam Dei durissimo mancipent servitio, fundamenta convellant quibus innititur, divinas conentur depravare notas queis præfulget insignis : quid multa? ipsam crebris concussam ictibus, collapsam, eversam, si fieri possit, ex orbe penitus deleant. Quæ cum ita sint, Venerabiles Fratres, omnem adhibete operam muniendis adversus harum sectarum insidias et contagionem fidelibus curæ vestræ commissis, illisque qui nomen infauste dederint iisdem sectis, a perditione retrahendis. Eorum vero præsertim ostendite et oppugnate errorem, qui dolum sive passi sive molientes non verentur adhuc asserere socialem tantum utilitatem ac progressum mutuæque beneficentiæ exercitium spectari a tenebricosis hisce conventiculis. Exponite iis sæpe, et altius animis defigite Pontificias hac de re Constitutiones et edocete, non unos ab iis percelli massonicos cœtus in Europa institutos, sed omnes quotquot in America, aliisque totius orbis plagis habentur.

Ceterum, Venerabiles Fratres, quoniam in hæc tempora incidimus, quibus multa quidem patiendi sed et merendi instat occasio, illud curemus præprimis tamquam Christi milites boni, ne animum despondeamus, imo in ipsa qua jactamur procella certam spem

nacti tranquillitatis futuræ, et clarioris in Ecclesia serenitatis, nos ipsos et laborantem clerum et populum erigamus divino auxilio confisi et nobilissima illa excitati Chrysostomi commentatione : « Multi fluctus instant, gravesque procellæ ; sed non timemus ne « submergamur ; nam in petra consistimus. Sæviat mare, petram « dissolvere nequit ; insurgant fluctus, Jesu navigium demergere « non possunt. Nihil Ecclesia potentius. Ecclesia est ipso cælo « fortior. *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transi-« bunt.* Quæ verba? *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo « Ecclesiam meam et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* « Si non credis verbo, rebus crede. Quot tyranni Ecclesiam op-« primere tentaverunt ! Quot sartagines, quot fornaces, ferarum « dentes, gladii acuti ! nihilque perfecerunt. Ubinam sunt hostes « illi ? Silentio et oblivioni traditi sunt. Ubinam Ecclesia ? Plus-« quam sol splendescit. Quæ illorum erant, extincta sunt : quæ « ad illam spectant, sunt immortalia Si cum pauci erant Chri-« stiani, non victi sunt ; quando orbis totus pia religione plenus « est, quomodo illos vincere possis? *Cœlum et terra transibunt, « verba autem mea non transibunt* [1]. » Nullo itaque commoti periculo et nihil hæsitantes perseveremus in oratione, idque assequi contendamus, ut universi cælestem iram flagitiis hominum provocatam placare nitamur ; quo tandem in sua misericordia exurgat Omnipotens, imperet ventis et faciat tranquillitatem.

Interim benedictionem Apostolicam præcipuæ nostræ benevolentiæ testem Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, Cleroque et populo universo singulorum curæ commisso peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXI novembris, anno Domini MDCCCLXXIII, Pontificatus nostri vicesimoctavo.

PIUS PP. IX.

(1) *Hom. ante exil.* n. 1 et 2.

## II.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX

## CONSTITUTIO

SUPER VICARIIS CAPITULARIBUS NEC NON ELECTIS ET NOMINATIS AD SEDES EPISCOPALES VACANTES.

### PIUS EPISCOPUS

### SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Romanus Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurrat, ne diversis interpretationibus materia præbeatur, atque inde ecclesiasticæ disciplinæ unitas rumpatur, cum magno ecclesiastici regiminis detrimento.

Sane juxta antiquam Ecclesiæ disciplinam, Sede Episcopali vacante, Diœcesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ devolvitur ; quod olim per se ipsum Diœcesim, toto tempore, quo Sedes vacabat, administrare poterat, vel uni, aut pluribus Diœcesim administrandam committere, libera eidem relicta potestate deputatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum, sive quoad tempus arctandi, et constringendi.

At vero Concilii Tridentini Patres animadvertentes gravissima, quæ passim oriebantur incommoda ex administratione viduatæ Ecclesiæ cœtui personarum diversi fere ingenii concredita, ad ea vitanda sapienter decreverunt : ut « Capitulum, sede vacante, « Officialem seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, « constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui « saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias

« quantum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metro-
« politanum deputatio hujusmodi devolvatur ; et si Ecclesia ipsa
« Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur,
« negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in
« Metropolitana, et propinquior Episcopus in exempta, Vicarium
« possit constituere [1]. »

Hujusmodi vero decretum varie interpretati sunt privati canonicarum rerum scriptores.

Quidam enim censuerunt posse Capitulum in constituendo Vicario aliquam jurisdictionis partem sibi reservare (*a*) ;

(1) Sess. 24, cap. 16, *De reform.*

(*a*) Tel était l'enseignement de Garcias (*Tractatus de beneficiis*, part. v, cap. vii, n. 25), Barbosa (*De officio et potestate Episcopi*, part. iii, allegat. liv, n. 176), Pax Jordanus (*Elucubrationes diversæ*, lib. xii, titul. ii, n. 64), Pignatelli, (*Consultationes canonicæ*, tom. ix, consult. clix, n. 4), Pirhing (*Jus canonicum*, lib. i, titul. xxviii, n. 78), Scarfantoni (*Animadversiones ad Lucubrationes canonicales Ceccoperii*, lib. iv, titul. vii, n. 59-61). L'Abbé André partage leur avis; car on lit dans son *Cours alphabétique et méthodique de droit canon*, vo *Siége*, § ii : « Régulièrement le Vicaire du Chapitre doit être établi sans condition, ni limitation de temps, quoique rien n'empêche que le Chapitre ne limite ses pouvoirs, et pour le temps et pour les fonctions. » Tom. vi, pag. 177.

Le 18 novembre 1651, la S. Congrégation du Concile rendait la décision suivante qui avait le même principe pour base : « Sede episcopali Bellunensi vacante, fuit a Capitulo ecclesiæ cathedralis ad præscriptum sacri Concilii, *cap.* 16, *sess. XXIV*, *De reformat.* constitutus Vicarius capitularis cum facultatibus in deputatione expressis ; cumque hodie inter dictum Capitulum et Vicarium capitularem dubitari contingat : an ex sacro Concilio electio in concursibus ecclesiarum parochialium vacantium spectet ad ipsum Capitulum, an potius ad dictum Vicarium : ideo de consensu utriusque partis ad evitandas controversias petitur declaratio hujus S. Congregationis. — S. Congregatio, etc. respondit, electionem in concursibus ecclesiarum parochialium vacantium spectare ad Capitulum ob reservationem sibi factam in deputatione Vicarii capitularis. » Lib. 19 *Decretorum*, fol. 155.

Plus tard cependant la S. Congrégation du Concile, interrogée de nouveau sur la question, revint à la jurisprudence de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers. La discorde avait éclaté entre le Vicaire capi-

alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vica-

tulaire et le chapitre d'Elvas. Celui-ci, s'appuyant sur la coutume en vigueur au Portugal, prétendait avoir le droit de mettre des restrictions au mandat du Vicaire capitulaire. Le doute fut donc proposé à la S. Congrégation du Concile ; le 1er décembre 1736, celle-ci rejeta la coutume et prononça en faveur du Vicaire capitulaire : « III. An Capitulum possit in deputatione Vicarii capitularis dare jurisdictionem limitatam, et possit in hoc casu attendi consuetudo regni Lusitaniæ ? — S. Congregatio respondit. Ad III. Negative. » *Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii*, tom. VII, pag. 536. Le 30 mai 1835, la S. Congrégation a encore rendu une décision conforme. *Ibid.*, tom. XCV, pag. 218.

Dans la susdite cause de 1736, au doute suivant, le même tribunal rejeta la distinction de Schmalzgrueber, Wiestner, Pichler et Maschat. Ces canonistes enseignent que le chapitre ne peut restreindre la juridiction du Vicaire capitulaire de manière à se réserver à lui-même la connaissance ou l'expédition de certaines affaires ; car par là on retomberait dans les inconvénients qui existaient avant le Concile de Trente. Mais il peut limiter les pouvoirs du Vicaire capitulaire en confiant à d'autres la connaissance ou l'expédition des affaires réservées ; ce mode ne donnant point lieu aux inconvénients prévus par le Concile. Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. I, titul. XXVIII, n. 30; Wiestner, *Institutiones canonicæ*, lib. I, titul. XXVIII, n. 66; Pichler, *Jus canonicum*, lib. I, titul. XXVIII, n. 12 ; Maschat, *Institutiones juris canonici*, lib. I, titul. XXVIII, n. 8). La S. Congrégation a formellement rejeté cette distinction. « IV. An possit (Capitulum) reservatam jurisdictionem alicui alteri committere, vel illam debeat per seipsum exercere? Resp. Ad IV. Provisum in III. » *Ibid.*, pag. 537.

Nous avons dit que c'était la jurisprudence de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers. Outre un grand nombre de décisions citées par les auteurs, nous en trouvons plusieurs dans la collection authentique de Mgr Bizzarri, entre autres une du 6 mars 1681 (*Collectanea in usum Secretariæ S. Congregationis Episcoporum et Regularium*, pag. 308), une autre du 30 août 1686 (*ibid.*, pag. 310), et une troisième du mois de mars 1809 (*ibid.*, pag. 454). Voici le texte de cette dernière. « NOCERINA PAGANORUM. *Vicarii Capitularis.* « Sacra Congregatio, referente Emo D. Card. De Somalia ponente, censuit rescribendum, prout rescripsit : Nullam fuisse et esse reservationem a Capitulo Nocerino sibi factam facultatis eligendi vicarium monialium, ideoque electionem ejusdem vicarii monialium irritam omnino fuisse et esse, et spectare ad Vicarium capitularem dumtaxat ea omnia, quæ juxta canones sunt jurisdictionis ordinariæ, Sede vacante, ad formam plurium resolutionum tum hujus

rium deputare (*b*); nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere

S. Congregationis Episcoporum et Regularium, tum S. Congregationis Concilii, signanter in Elven. *Jurisdictionis*, diei 1 decembris 1736. » Cf. *Ibid.*, pag. 662.

Les canonistes les plus autorisés, tels que Benoît XIV (*De Synodo diœcesana*, lib. II, cap. IX, n. 4; et lib. IV, cap. VIII, n. 10), Fagnanus (In cap. *His quæ*, n. 71, *De majoritate et obedientia*), Giraldi (*Expositio juris Pontificii*, part. II, sect. 142, pag, 1018), Gaudentius de Janua (*De visitatione cujuscumque Prælati ecclesiastici*, dubitat. XIII, n. 15, § 1), et le Cardinal De Luca (*Adnotationes in S. Concil. Tridentinum*, disc. XXXI, n. 25) s'étaient ralliés à la jurisprudence des Congrégations Romaines.

(*b*) Ainsi le soutenaient l'Abbé André, comme nous venons de le voir dans la note précédente, Pax Jordanus (*Loc. cit.*, n. 39 et 58), Leurenius (*Vicarius episcopalis*, Quæst. DCXV, n. 1), Barbosa (*Jus ecclesiasticum*, lib. I, cap. XXXII, n. 43; *Collectanea Doctorum in Concilium Tridentinum*, sess. XXIV, cap. XVI, *De reformat.* n. 14), Scarfantoni (*Loc. cit.*, n. 18), Garcias (*Loc. cit.*, n. 22 et 37), Pirhing (*Loc. cit.*, n. 79), Schmalzgrueber (*Loc. cit.*, n. 30), Krimer (*Loc. cit.*, n. 2330), Wiestner (*Loc. cit.*, n. 64, où il assure que c'est le sentiment commun). Ils invoquaient en leur faveur des décisions claires et précises de la S. Congrégation du Concile. A la demande du chapitre de Salerne : « An (Capitulum) possit certum tempus in ipsa Vicarii deputatione præfinire, quo elapso ejus jurisdictio expiret ? » Elle répondit en 1589 : « Capitulum tempus præfinire posse : » Garcias, *Loc. cit.*, n. 37.

Depuis cependant la S. Congrégation a changé sa jurisprudence. Dans la note précédente, nous avons vu qu'elle a repoussé le droit d'apposer quelque limite que ce soit à la juridiction du Vicaire capitulaire. La S. Congrégation des Evêques et Réguliers avait toujours rejeté comme illégale toute limite de temps fixée au pouvoir des Vicaires capitulaires. Pignatelli cite plusieurs décisions dans ce sens (*Consultationes canonicæ*, tom. I, consult. XXIII, n. 10). En voici une que nous trouvons dans la Collection authentique de Mgr Bizzarri, pag. 289 : c'est une lettre adressée au Vicaire capitulaire d'Aquilée, d'après laquelle, lorsque la députation du Vicaire est limitée quant à sa durée, la nomination serait dévolue au Saint-Siége. Nous la traduisons de l'italien.

« Aquilana. *Electio Vicarii Capitularis ad tempus limitata ad S. Sedem devolvitur.*

*Au Vicaire capitulaire d'Aquilée.*

Bien que l'élection du Vicaire capitulaire faite par le chapitre en votre personne pour un temps limité soit nulle et contraire aux prescriptions

Capitulo Vicarium pro arbitrio removere, et alium substituere (c).

du Concile de Trente, et aux décrets généraux de cette S. Congrégation; et bien que, par suite, le droit de nomination pour cette fois soit dévolu au Saint-Siége, néanmoins les Éminentissimes Cardinaux, prenant en considération les bons services qu'ils attendent de vous, ont daigné consentir à ce que vous continuiez librement les fonctions de cette charge sans aucune limite de temps, et avec tous les pouvoirs accoutumés des Vicaires capitulaires, qui vous sont conmmuniqués par la présente. Je le porte à votre connaissance.

7 juillet 1662.

(c) C'était l'avis de Pirhing (*Loc. cit.*, n. 79), Suarez (*De censuris*, disp. VII, sect. III, n. 13), Zerola (*Praxis episcopalis*, part. I, v° *Vicarius*, 2m dub.), Krimer (*Loc. cit.*, n. 2327), Sbrozzius (*De vicario Episcopi*, lib. III, Quæst. XXXII, n. 7) et l'Abbé André (*Loc. cit.*, où il dit: « Les chapitres peuvent aussi révoquer, même sans en expliquer la cause, les grands Vicaires qu'ils ont nommés pour gouverner les diocèses. » Page 180).

La S. Congrégation du Concile avait à maintes reprises consacré ce sentiment, entre autres dans une cause de Palerme, vers 1575 (*Thesaurus resolutionum S. Congreg. Concilii*, tom. VII, pag. 284); dans une de Messine, en 1581 (Zamboni, *Collectio Declarationum S. Congregationis Concilii*, v° *Vicarius capitularis*, § IV, n. 4); dans une de Turin, en 1592 (*Thesaurus*, etc.. ibid.); enfin dans une de Goa, où le 16 janvier 1644, elle décida « dandas esse declarationes, quod Capitulum possit ad libitum amovere Vicarium Capitularem ab ipso electum, vel confirmatum, dummodo infra octo dies alium eligat. » (*Thesaurus, etc.* Loc. cit.).

La S. Congrégation des Evêques et Réguliers avait adopté des principes tout opposés, probablement à cause des inconvénients qui pouvaient résulter du sentiment exposé ci-dessus: car on doit avouer qu'il est de nature à entraver l'administration du diocèse, privant le Vicaire capitulaire de l'autorité nécessaire pour bien administrer. Il admet, en outre, un principe peu en harmonie avec la législation ecclésiastique, qui s'oppose à ce que les ministres de l'Eglise soient dépouillés de leurs fonctions au gré des électeurs et sans une cause légitime. Il n'est donc pas surprenant que la S. Congrégation des Evêques et Réguliers ait, dès le principe, défendu aux chapitres de destituer les Vicaires capitulaires, à moins qu'elle n'eût approuvé le motif de la destitution. Des décisions en ce sens ont été rendues le 28 octobre 1587; les 17 juin, 1er et 22 septembre 1603; le 7 mai et 26 octobre 1604; le 6 mars 1618; le 30 août 1641; le 3 mars 1647; le 14 février 1648; le 21 novembre 1653, etc. (Cf. Biz-

Recensitæ Scriptorum sententiæ a nonnullis Capitulis libenter exceptæ sunt : quo factum est, ut in hac re tam magni momenti disciplinæ uniformitas deficeret, et Tridentinum decretum optatum finem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregationes has sententias, suis responsis in casibus occurrentibus, pluries reprobaverint (*d*), ita ut ex earum responsis manifeste

zarri, *Op. cit.*, pag. 665; Ferraris, *Bibliotheca canonica*, vº *Vicarius capitularis*, § I, n. 55; Monacelli, *Formularium legale practicum*, part. I, titul. I, form. II, n. 14).

Dans le siècle dernier, la S. Congrégation du Concile revint à la jurisprudence de la S. Congrégation des Evêques et Réguliers. Le 13 avril 1715, elle déclara nulle et non avenue la révocation du Vicaire capitulaire de Pampelune (Zamboni, *loc. cit.*, n. 3). En 1736, la question de principe fut encore soulevée à l'occasion des démêlés du Chapitre d'Elvas et du Vicaire capitulaire ; et le premier décembre de la même année, la S. Congrégation du Concile consacra solennellement l'impuissance du chapitre. Voici le doute proposé et la réponse : « I. An possit Capitulum, Sede vacante, post electum Vicarium in spiritualibus et temporalibus, deputare alium toties quoties sibi placuerit ad aliquid faciendum in exercitio jurisdictionis translatæ, ipsam jurisdictionem reassumendo? — S. Congregatio respondit : Ad I, negative. » *Thesaurus, etc.*, tom. VII, pag. 536.

Quelque certain que fût ce sentiment, on vit néanmoins au commencement de ce siècle, quelques Chapitres se prétendre en droit de révoquer les Vicaires capitulaires. Ainsi, pour complaire à l'empereur Napoléon, le Chapitre de Paris révoqua, le 7 janvier 1811, le Vicaire capitulaire Mr D'Astros; et le 9 avril 1814, il révoqua tous les Vicaires capitulaires nommés par lui depuis la première vacance du Siége. Consulté par Mr D'Astros, le Saint-Siége lui fit répondre, par l'organe de la S. Congrégation des affaires extraordinaires, le 9 mars 1815, que sa révocation était nulle, le Chapitre n'ayant pas le droit de révoquer un Vicaire capitulaire. sinon pour une cause approuvée par le Saint-Siége. « Meminerint ipsi (canonici), *lit-on dans la réponse*, explorati juris esse, Vicarium capitularem rite constitutum, ex officio dimoveri non posse, nisi gravior et justa causa id deposcat, per Apostolicam Sedem probanda. » P. Caussette, *Vie du cardinal d'Astros*, pièces justificatives, n. 8.

(*d*) Nous avons rappelé quelques-unes de ces décisions dans les trois notes précédentes : elles nous prouvent que depuis près de deux siècles les Congrégations Romaines avaient définitivement adopté la pratique solennellement consacrée par la présente Bulle de Pie IX.

appareat, quæ fuerit mens Patrum Tridentinorum in edendo decreto superius relato ; attamen cum nondum omnia ubique ed eam mentem exigi videamus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel obtentum iisdem responsis et declarationibus Apostolicæ auctoritatis robur adjiciendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine declaramus et decernimus : totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quæ vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnino transire ; nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere, multoque minus removere (*e*), sed eum in officio permanere quousque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII Prædecessoris Nostri Constitutionem (2), vel

(*e*) Il peut survenir des cas où une révocation serait utile, et même nécessaire; car le Vicaire capitulaire pourrait abuser de son pouvoir au détriment de la religion et du diocèse. Dans ces cas le devoir du chapitre est de prévenir le Saint-Père, de lui exposer le véritable état des choses, et de le supplier d'arrêter et prévenir le mal en nommant un autre Vicaire capitulaire.

(2) Extravag. *Injunctæ*, de Electione inter comm. Voici le texte de ce chapitre : « Injunctæ Nobis debitum servitutis exposcit, ut qui ad reformandos in Clero mores et actus, prout Nobis ex alto permittitur, solertius intendimus: ibi præcipue reformationis accommodæ remedium apponamus, ubi majus respicimus periculum imminere. Sane quam periculosum existat, quod aliquis in officio, dignitate vel gradu fore se asserat et pro tali etiam habeatur, nisi ipse prius quod asserit legitimis ostenderit documentis; tam ex civilibus, quam ex canonicis institutis colligitur evidenter... Quod autem in illis, qui se Episcopos, vel superiores Prælatos, aut etiam Abbates, Priores, seu alios monasteriorum Rectores, quocumque nomine censeantur, appellant, sit discussio celebris et diligens facienda, luculenter apparet : si scandala et pericula gravia, quæ ipsorum parere posset communicatio indiscussa, diligentius attendantur. Hinc Nos evidens evocat ratio, ut cum præmissis aliis casibus, qui minoris existunt periculi, sit ex constitutionibus editis, jam provisum ; hunc ultimum, qui pericula graviora minatur, nequaquam sine provisionis opportunæ remedio relinquamus. Præsenti itaque perpetuo valitura constitutione

Capitulo deficiente, ei exhibuerit, qui, ad normam SS. Canonum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Diœcesim administrat, vel ejusdem Administratorem, seu Vicarium deputat.

Quamobrem pro nullis habendæ sunt limitationes, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectæ a Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicæ suæ institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam, et decernimus ea, quæ a Gregorio X Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi II de electis a Capitulis constituta sunt (3), comprehendere etiam nomi-

5° Tout clerc quelconque, qui, ayant abandonné l'habit clérical, se rend coupable d'un crime énorme, comme tyrannie, sédition, brigandage, assassinat, ou autre semblable. « Occisores clericorum aut presbyterorum, *décrète Clément III*, qui, contempto clericalis habitu, tyrannidi et enormitati se inverecunde immiscent; in odium clericalis excessus, et terrorem atque correctionem similium, canone latæ sententiæ minime coercentur; injungatur tamen eis pœnitentia competens, aliquantulum asperior, quam si in laicos talia commisissent [4]. »

(1) Cap. un. *De clericis conjugatis in* 6.

(2) Cap. un. *De bigamis in* 6.

(3) Cap. *In audientia*, 25, *De sententia excommunicationis*. Cf. Cap. *Contingit*, 45, *eod. titul.*

(4) Cap. *Cum non ab homine*, 14, *De sententia excommunicationis*. Cf. Cap. *Perpendimus*, 23, *eod. titulo;* et Cap. *Pro humani*, 1, *De homicidio in* 6.

6° Boniface VIII prive également *ipso jure* de tout privilége clérical, l'ecclésiastique qui, oubliant sa dignité, se livrerait pendant l'espace d'un an au métier d'histrion, de jongleur ou de bouffon. Cette peine ne serait encourue qu'après une triple monition, par l'ecclésiastique qui exercerait ce métier pendant un moindre espace de temps, et ne reviendrait pas à résipiscence. « Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se joculatores, seu goliardos faciunt, aut buffones; si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure : si autem tempore breviori, et tertio moniti non resipuerint, careant omni privilegio clericali [1]. »

XXVII. A quelles personnes s'applique le mot *moines* de la Constitution *Apostolicæ Sedis?*

D'abord 1° à tous les religieux proprement dits de l'un et de l'autre sexe, ainsi qu'aux novices. « Quamvis autem, *statue Boniface VIII,* is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacite vel expresse professus : si quis tamen violentas manus in eum injiciat, excommunicationis latæ a canone vinculum non evadit [2]. »

2° Il s'applique également aux frères et sœurs convers. « Parochianos vestros, *décrète Alexandre III,* si qui in monachos vel conversos præfati ordinis violentas manus injecerunt, sublato appellationis remedio, secundum tenorem generalis decreti, excommunicatos publice nuncietis, ipsosque faciatis sicut excommunicatos arctius evitari, donec læsis congrue satisfaciant, et cum litteris vestris apostolico se conspectui repræsentent [3]. »

(1) Cap. un. *De vita et honestate clericorum in* 6.

(2) Cap. *Religioso,* 21, § 1, *De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti in* 6. Cf. Cap. *Non dubium,* 5; *Ex tenore,* 10; *Parochianos,* 9; *De monialibus,* 33; *De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti.*

(3) Cap. *Parochianos,* 9, *De sententia excommunicationis, suspen-*

3° Aux terciaires de S. Dominique et de S. François, qui, ayant émis quelque vœu, portent l'habit religieux et vivent en communauté, sous la dépendance d'un supérieur [1]. Cela est vrai, comme le remarque Suarez, non-seulement parce que les terciaires participent aux priviléges des Ordres dont ils relèvent, mais aussi parce que, d'après l'intention du législateur, ils sont compris sous les termes de la loi. « Sub nomine monachi, *dit-il*, juxta intentionem et interpretationem juris in dicto canone comprehenduntur. Non enim pro solis religiosis vere professis accipitur, sed etiam pro omnibus qui secundum aliquem modum participant illum statum : ita ut secundum illam participationem sint Deo dicati et devoti juxta modum loquendi Joannis Papæ in Cap. *Quisquis*, 17, quæst. 4, ubi dicit sacrilegium committere qui injuriam facit clericis, *vel monachis*, *sive Deo devotis*. Et similis modus loquendi habetur in Cap. *Duo sunt*, 12, q. 1. Quia ergo hæ personæ sunt Deo dicatæ secundum quamdam participationem talis religionis ab Ecclesia approbatam, etiamsi proprie statum religiosorum non habeant, nec per vota ligati sint, sub latitudine ecclesiasticarum personarum comprehenduntur, et sub monachorum nomine in prædicto capite continentur. Quod si objiciatur, quia canon ille pœnalis est, et ideo debuisset potius stricte exponi : respondetur, quoad hanc partem potius esse favorabilem, et in causa maxime pia et religiosa, et ideo potius esse latissime interpretandum. »

XXVIII. D'où il suit 4° que les termes de la loi sont également applicables aux personnes qui font partie des Congrégations religieuses approuvées par les Evêques, quoiqu'on n'y

*sionis et interdicti.* Cf. Cap. *Non dubium*, 5; *Ex tenore*, 10; et *De monialibus*, 33, *eod. titulo.*

(1) Cf. Molina, *loc. cit.*, Disp. L, n. 4; Schmalzgrueber, *Op. cit.*, Lib. v, titul., xxxix, n. 219; Suarez, *De censuris*, Disp. xxii, sect. i, n. 20.

émette pas des vœux solennels, et quoique ces Congrégations ne soient pas des Ordres religieux proprement dits. Fagnanus assure que la Rote a consacré ce sentiment, qu'il motive en ces termes : « Quia cum de præsenti religiose vivant, censentur personæ ecclesiasticæ, et gaudere debent hoc privilegio sicut clerici simplices aliquo voto non ligati, et hoc tenet Rota [1]. »

XXIX. Il nous reste maintenant à voir le troisième point, c'est-à-dire dans quels cas cette excommunication est réservée au Souverain Pontife et dans quels cas l'Evêque ou les réguliers peuvent en absoudre.

Pour éclaircir ce point, il faut distinguer trois sortes de percussions : la *légère*, la *grave*, dite aussi *médiocre*, et l'*énorme*.

La première est nommée *légère*, non parce qu'elle serait le résultat d'une faute seulement vénielle : l'Eglise ne frappe pas de l'excommunication un péché qui n'est que véniel; mais elle est dite légère par opposition à la percussion grave et à l'énorme.

La percussion légère est, porte une Constitution Papale, celle qui se fait avec la main, le poing, le pied, un bâton, une pierre, qui ne cause aucune blessure, qui ne laisse aucune tache, ni aucune contusion, qui n'enlève aucun membre, sans effraction de dents, sans arrachement d'une quantité de cheveux, sans effusion notable de sang [2].

La percussion est *énorme*, quand elle cause une blessure

(1) In Cap. *Nullus*, n. 59, *De foro competenti.*

(2) « Respondemus, *y lit-on*, percussionem levem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine avulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. » Extravag. *Perlectis*, ap. Navarrum, *Manuale confessariorum*, cap. XXVII, n. 91.

grave, une effusion considérable de sang provenant d'ailleurs que des narines; ou quand elle constitue une injure grave [1].

La percussion *médiocre* tient le milieu entre les deux autres: elle est réputée telle, par exemple, quand une dent est brisée, quand beaucoup de cheveux sont violemment arrachés, quand les chairs sont meurtries, quand le sang a coulé abondamment sans qu'il y ait cependant lésion ou injure grave [2].

XXX. Notons, avec les auteurs [3], qu'une percussion légère en soi peut revêtir le caractère de gravité ou d'énormité à raison des circonstances dans lesquelles elle se produit. C'est aussi ce que nous lisons dans l'Extravagante *Perlectis*, citée ci-dessus. « Ad judicandum tamen, *porte-t-elle*, quæ læsio sit levis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solum factum, sed etiam qualitates ejus, et modum percutiendi et lædendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personæ, et aliis: personæ si est magister, judex, prælatus, pater, patronus; aut dignitas, percussus injuste a subdito, aut alio se viliori, quia ex hoc interdum censentur graves injuriæ quæ ex se sunt leves aut mediocres. » Par exemple, si elle a pour objet un haut dignitaire, abbé ou prélat d'un monastère. Si le délit est commis sur une place publique, dans une église. Si l'on frappe un ecclésiastique revêtu des ornements sacrés, ou dans l'exercice des fonctions saintes. Si un ecclésiastique en frappe un autre en présence de laïques. L'injure spéciale aggrave aussi le délit, v. g. si l'on dépouillait complètement un ecclésiastique de ses vêtements, etc.

(1) Cf. Schmalzgrueber, *Loc. cit.*, n. 243; S. Alphonsus, *Theologia moralis*, lib. VII, n. 277; Molina, *loc. cit.*, disp. LVII, n. 2; Suarez, *loc. cit.*, n. 88 et 89; Castropalao, tract. XXIX, *de censuris*, disp. III, punct. XXIII, § IV, n. 2.

(2) S. Alphonsus, *ibid.*; Schmalzgrueber, *ibid.*; Molina, *ibid.*, n. 3.

(3) Molina, *ibid.*, n. 2; S. Alphonsus, *ibid.*, n. 278; Schmalzgrueber, *ibid.*, n. 244; Castropalao, *ibid.*, n. 4.

XXXI. Lorsque la percussion est légère, l'Evêque peut absoudre de l'excommunication encourue : le pape Clément III lui assure ce pouvoir dans les termes suivants : « De his absolvendis, qui clericis non enormem, sed modicam et levem injuriam irrogarunt, tuæ Fraternitatis arbitrio duximus committendum [1]. »

XXXII. Dans le doute si la percussion est grave, ou si elle n'est que légère, quelques auteurs estiment qu'on doit se prononcer pour le parti le plus benin, et attribuer à l'Evêque le droit d'en absoudre [2].

Mais on doit rejeter ce sentiment qui est en opposition formelle avec l'Extravagante *Perlectis*, déjà citée, où nous lisons : « Et quia conditio negotii non patitur integram determinationem hujus rei, relinquimus tuo arbitrio ut declares quæ sit levis et quæ enormis injuria, admonentes, ut potius declares in dubio esse persecutionem gravem et ab ea non posse absolvere, quam declarando levem esse, occasionem præbeas lædendi statum ecclesiasticum. » Aussi, en présence de ce texte, saint Alphonse dit-il qu'on doit absolument tenir le sentiment commun et dénier à l'Evêque le droit d'absoudre [3].

(1) Cap. *Pervenit*, 17, *De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti*. Un Evêque douta un jour si le Concile de Trente n'avait pas changé la discipline sur ce point, pour le cas où l'affaire serait portée au for contentieux, et soumit la question à la S. Congrégation du Concile, qui la trancha en faveur des Evêques. Voici le doute et la réponse qu'il reçut : « An Episcopus post Concilium Tridentinum possit absolvere ab excommunicatione incursa propter levem clerici percussionem ad forum contentiosum deductam ? S. Congregatio respondit : *Affirmative*. Die 26 aprilis 1687. » *Analecta juris pontificii*, série VIII, col. 1828.

(2) Bordonus, *Consilia regularia*, tom. I, resol. XXXVIII, n. 45 ; Diana, *Resolutiones morales*, tom. V, tract. II, resol. LX, n. 3. Antérieurement cependant, il avait déclaré n'oser s'écarter de l'opinion commune. *Ibid.* resol. V, n. 2.

(3) *Loc. cit.*, n. 280. Cf. Molina, *ibid.*, n. 2 ; Castropolao, *ibid.*, n. 2 ; Verani, *Op. cit.*, lib. V, titul. XXXIX, § X, n. 4.

XXXIII. Si la percussion est grave ou énorme, une distinction est nécessaire. Elle peut être occulte et non déférée encore au for contentieux; ou elle est notoire, ou portée du moins au for contentieux. Dans le premier cas, elle tombe sous le pouvoir attribué aux Evêques par le Concile de Trente[1], et expressément maintenu par la Constitution *Apostolicæ Sedis*[2].

XXXIV. Dans la seconde hypothèse, en principe, le Pape seul peut absoudre, ou ceux à qui il en a donné la faculté. D'après l'enseignement des auteurs, les Légats *a latere* jouissent de ce pouvoir à partir du moment où ils sortent de Rome jusqu'au jour où ils y rentrent, et ils peuvent en user, non-seulement avec les sujets de la province où ils doivent exercer leurs fonctions, mais encore avec tous les autres qui ont recours à eux[3]. Les Nonces Apostoliques ont le même pouvoir, mais dans des limites plus étroites. L'usage en est restreint aux habitants de la province où ils sont envoyés, et au temps seulement qu'ils sont dans cette province[4].

XXXV. Nous avons dit : *en principe;* car nous avons vu

(1) « Liceat Episcopis, *porte ce décret du Concile,* in irregularitatibus omnibus et suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare ; et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. » Sess. XXIV, cap. 6, *De reformatione.*

(2) « Firmam tamen esse volumus, *y lit-on,* absolvendi facultatem a Tridentina Synodo Episcopis concessam, Sess. XXIV, cap. 6, *De reform.*, in quibuscumque censuris Apostolicæ Sedi hac Nostra Constitutione reservatis, iis tantum exceptis, quas eidem Apostolicæ Sedi speciali modo reservatas declaravimus. »

(3) Cf. Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 246; Suarez, *De censuris,* disp. XXII, sect. I, n. 60; Molina, *loc. cit.*, disp. LVIII, n. 2.

(4) Molina, *ibid.*, n. 3; Schmalzgrueber, *ibid.*; Suarez, *ibid.*

antérieurement [1], que l'Evêque peut absoudre les personnes empêchées de se rendre à Rome. Nous ne reviendrons pas sur ce que nous avons dit à ce sujet. Nous ferons seulement remarquer qu'une exception doit être mise au pouvoir des Evêques quant aux personnes qui vivent en communauté. Les Souverains Pontifes ne veulent pas qu'ils puissent absoudre, lorsque la percussion a été énorme [2].

XXXVI. Le texte de la constitution *Apostolicæ Sedis* maintient le droit, les priviléges dont d'autres personnes que les Evêques étaient en possession : « exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus jure vel privilegio permittitur, ut Episcopus aut *alius* absolvat. » Les priviléges autrefois accordés aux Supérieurs Réguliers sur ce point sont donc encore en vigueur, nonobstant la décision du 5 décembre 1873 que nous avons rapportée dans la première livraison de cette année, page 61. Cette décision n'est applicable qu'aux autres cas ; elle ne change en aucune manière la clause finale du paragraphe que nous commentons. Voyons donc quels sont les droits et priviléges des Religieux en cette matière.

Ces droits peuvent s'exercer à l'égard des séculiers ou à l'égard des réguliers. Voyons d'abord ce qui concerne les séculiers.

XXXVII. De droit commun, les confesseurs réguliers n'ont pas le pouvoir d'absoudre les séculiers de cette excommunication. Mais ce que le droit commun leur refusait, des priviléges spéciaux le leur avaient attribué. Paul III avait permis aux Jésuites d'absoudre tous les fidèles de toutes les censures réservées au Saint-Siége, à l'exception de celles contenues dans la Bulle *In Cœna Domini* [3]. Des priviléges semblables avaient

(1) Tom. IV, pag. 246 et suiv.

(2) Cap. *Quoniam*, 9, *De vita et honestate clericorum*.

(3) Const. *Cum inter cunctas*, ubi : « Necnon illis ex vobis, qui pre-

été accordés à d'autres Ordres mendiants [1]. Tous réclamaient donc ce droit en vertu de la communication des priviléges [2]. La percussion d'un clerc n'étant pas comprise parmi les cas de la Bulle *In Cœna Domini,* il s'ensuit que les Religieux pouvaient autrefois en absoudre les séculiers.

XXXVIII. Le peuvent-ils encore aujourd'hui ? Il faut distinguer entre l'Italie et les pays étrangers à l'Italie.

Quant à l'Italie, une nouvelle distinction est nécessaire. Hors de la ville de Rome, les Réguliers sont sans pouvoir sur ce crime : Clément VIII leur en a expressément interdit l'absolution. Dans son décret du 26 novembre 1602, interprétant et modifiant celui du 9 janvier 1601, la S. Congrégation des Evêques et Réguliers s'exprime en ces termes : « Speciali mandato ejusdem S. D. N. Clementis Papæ VIII similiter vivæ vocis oraculo super ea re habito, ipsum decretum ita moderatur, ac declarat; videlicet, sub ejusdem prohibi-

sbyteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium, ad vos undecumque accedentium, confessiones audiendi, et confessionibus diligenter auditis, ipsos, et eorum singulos, ab omnibus et singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, et a quibusvis, ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absolvendi, ac eis pro commissis pœnitentiam salutarem injungendi..... plenam et liberam facultatem auctoritate Apostolica per præsentes ad Nostrum et Sedis Apostolicæ beneplacitum concedimus. » *Corpus institutorum Societatis Jesu,* tom. I, pag. 13.

(1) V. pour les Frères Mineurs les Constitutions *Dum fructus uberes* de Clément VII, et *Ex clementi* de Paul IV, dans Rodericus, *Nova collectio et compilatio privilegiorum Apostolicorum Regularium mendicantium et non mendicantium,* pag. 317 et 350.

(2) S. Alphonsus, *Theologia moralis,* lib. VII, n. 96; Didacus ab Aragonia, *Dilucidatio privilegiorum Ordinum regularium, præsertim mendicantium,* tract. VI, cap. V, n. 6; Felix Potestas, *Examen confessariorum,* tom. I, n. 3459; Gaudentius de Janua, *De visitatione cujuscumque Prælati ecclesiastici,* Dubit. X, n. 36, § 1.

tione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea..... Injicientium violentas manus in clericos, juxta Canonem : *Si quis suadente, etc.* XVII, q. 4, ac juris dispositionem [1]. »

Comme le décret de Clément VIII ne concernait que les confesseurs *extra urbem*, ceux de la ville n'ont pas vu par là diminuer leurs pouvoirs : de sorte que les Réguliers de la ville doivent être mis sur le même pied, quant à notre question [2], que ceux qui sont hors de l'Italie.

XXXIX. Dans son décret du 17 novembre 1628, Urbain VIII déclara que les décrets de Clément VIII n'avaient porté aucun préjudice aux priviléges des Religieux qui sont hors de l'Italie, si toutefois ils en avaient. « Ab aliis vero casibus et censuris, si quidem Regulares habent a Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minime sublatam fuisse iisdem S. Congregationis decretis hac de re jussu sanctæ memoriæ Clementis VIII [3]. » Toute la question est donc de sa-

(1) Bizzarri, *Collectanea in usum secretariæ S. Congregationis Episcoporum et Regularium*, pag. 18. Les termes que nous venons de citer parlent d'une modification apportée au décret de 1601. En effet, ce décret exceptait du pouvoir des confesseurs réguliers tous les cas réservés au Saint-Siége : « Ne quis..... ab ullo, *y lit-on*, ex casibus clare vel dubie in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, *vel alias quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis*, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusve successores pro tempore, in eadem Bulla vel aliter reservandis..... absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat. » Bizzarri, *ibid.*, pag. 17. Le décret de 1602 ne réserve que cinq cas endehors de ceux de la Bulle *in Cœna Domini*; et parmi ces cinq cas se trouve celui dont nous nous occupons.

(2) Nous disons : *quant à notre question;* car divers décrets des Souverains pontifes ont limité leurs pouvoirs relativement à d'autres cas, que l'on peut voir dans Gabriel Angelus a Vicentia, *De privilegiis Regularium tam pro administrando, quam pro suscipiendo pœnitentiæ sacramento*, part. I, cap. XVIII, n. V; et Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V. *Absolutio*, art. I, n. 47.

(3) Ce décret est rapporté par le cardinal Petra, *Commentaria ad Constitutiones Apostolicas*, Constit. XIX Sixti IV, n. 10.

voir si les anciens priviléges sont encore en vigueur, ou si le Concile de Trente les a révoqués. Deux opinions sont en présence.

La première se prononce pour le maintien de ces priviléges.

Le motif en est leur existence incontestable, et leur non-révocation. Le Concile de Trente ne les a certainement pas révoqués ; nul texte du Concile ne contient semblable révocation. Une Bulle de Pie IV a, à la vérité, révoqué les priviléges contraires au Concile [1] ; mais on ne peut dire que des priviléges non révoqués par le Concile, lui soient contraires, ainsi que l'a très-bien établi le R. P. Anaclet Reiffenstuel [2].

XL. Toutefois les partisans de cette opinion se divisent entre eux sur l'étendue de leur pouvoir. Les uns, avec S. Alphonse [3], le restreignent aux cas occultes. Mais, comme le font

(1) Constit. *In Principis Apostolorum*, tom, II, *Bullar. Roman.* pag. 135, ubi : « Motu proprio, et ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod eadem omnia et singula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conservatoriæ, indulta, confessionalia, Mare magnum, et aliæ gratiæ in his omnibus et singulis in quibus illa statutis et decretis Concilii hujusmodi contrariantur, ipso jure revocata, cassata et annullata, ac ad ipsius Concilii terminos atque limites reducta sint et esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta et statuta, quo minus ubique et apud omnes observentur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi et reputari debere, ac si nunquam emanassent, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus et ordinamus. Decernentes nihilominus omnia et singula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum et dispensationum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, et aliarum quarumcumque gratiarum hujusmodi, post id tempus, quo Concilium obligare cœpit, facta et gesta quomodolibet fuerunt, et in posterum fient, in his, in quibus dicti Concilii decretis adversantur, nulla, invalida et irrita esse et censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut præfertur, qualificato, tam in foro, quod aiunt, fori, quam conscientiæ, suffragari posse et debere. »

(2) *Jus canonicum universum*, lib. v, tit. XXXIII, n. 139 seq.

(3) *Loc. cit.*; et *Appendix de privilegiis*, n. 101. Cf. Didacus ab Aragonia, *loc. cit.*

remarquer leurs adversaires, le privilége accordé par Paul III aux RR. PP. Jésuites n'établit aucune distinction entre les cas publics et les cas occultes ; de sorte que, si ce privilége subsiste encore, la restriction y apposée par S. Alphonse ne repose sur aucun fondement.

Aussi la plupart des auteurs réguliers rejettent-ils la distinction de S. Alphonse et réclament-ils le pouvoir d'absoudre de ces cas, aussi bien lorsqu'ils sont publics que lorsqu'ils sont occultes [1]. Ces auteurs nous paraissent conséquents, et si nous admettions le maintien du privilége, nous l'appliquerions dans toute son étendue.

XLI. La seconde opinion regarde ces priviléges comme révoqués, si pas par le Concile de Trente, du moins par la Bulle de Pie IV. Le Concile de Trente exige la juridiction ordinaire ou déléguée pour absoudre des cas réservés aux Souverains Pontifes ou aux Evêques, et dit que les prêtres qui ne sont pas munis de ce pouvoir n'ont qu'une seule chose à faire : renvoyer les pénitents aux supérieurs qui ont établi la réserve [2]. Pie IV a aboli tous les priviléges qui étaient contraires aux décrets du Concile de Trente. Peut-on considérer comme tels les priviléges des Réguliers touchant l'absolution des cas réservés ?

(1) Felix Potestas, *loc. cit.*, n. 3461 ; Gaudentius de Janua, *loc. cit.*, § 1 et 2 ; Gabriel Angelus a Vicentia, *loc. cit.*, n. III et seq. ; Salmanticenses, *Cursus theologiæ moralis*, tract. XVIII, cap. IV, n. 156 ; Köndig, *Elenchus privilegiorum regularium tam mendicantium quam non mendicantium*, n. 181 et 420 ; Grueber, *De privilegiis religiosorum*, tract. IV, disp. II, sect. IV, n. 46 seq. ; Rotario, *Theologia moralis Regularium*, tom. III, lib. I, cap. I, punct. IX, n. 8 ; Passerinus, *De hominum statibus et officiis*, quæst. 187, art. I, n. 443.

(2) « Extra quem articulum (mortis) sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores et legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant. » Sess. XIV, cap. 7, *De pœnitentia*.

Abstraction faite de toute déclaration de l'autorité compétente, nous concevons qu'on puisse soutenir la négative. Le maintien des priviléges des Réguliers n'infirme en aucune manière le principe posé par les Pères du Concile. Le droit des Réguliers reposait sur une délégation du suprême législateur.

Mais les Souverains Pontifes ont, dans leurs actes et dans ceux des Congrégations Romaines, posé des principes qui nous forcent de reconnaître que les priviléges des Réguliers sur ce point ont été regardés par eux comme contraires aux décrets du Concile de Trente, et par conséquent tombent sous la révocation de Pie IV.

En effet, le décret d'Urbain VIII, du 17 novembre 1628, dit en termes exprès que le privilége d'absoudre des cas réservés aux Evêques, a été enlevé aux Réguliers par le Concile de Trente [1]. C'est donc que ce pouvoir est contraire au décret du Concile que nous venons de citer. Mais s'il y est contraire en ce qui concerne les cas réservés aux Evêques, ne l'est-il pas également pour les cas réservés au Saint-Siége? Car, notons-le bien, le Concile ne distingue pas; il émet un principe général applicable à tous les cas réservés, aussi bien à ceux réservés au Saint-Siége qu'à ceux réservés aux Evêques.

Le Pape Clément X déclare également que le Concile de Trente a révoqué le privilége autrefois accordé aux religieux d'absoudre des cas réservés aux Evêques [2]. Les anciens pri-

(1) « Sacra Congregatio, *y est-il dit,* censuit, per confirmationes privilegiorum, quas Regulares a Sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia *prius ab eodem Concilio,* ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis *sublata atque extincta,* si quæ habebant, absolvendi a casibus Ordinario loci reservatis. »

(2) « Per confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares a Sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequa-

viléges des Réguliers quant à l'absolution des cas réservés sont donc regardés par les Papes comme opposés aux décrets du Concile de Trente. S'ils ne lui étaient pas opposés, d'où viendrait leur révocation par ce Concile ?

Dans une lettre, en date du 7 décembre 1646, adressée à l'Archevêque de Naples, la S. Congrégation des Evêques et Réguliers s'exprime en ces termes : « Cette Congrégation a, par ordre exprès de Clément VIII, de Paul V et d'Urbain VIII, déclaré à diverses reprises que les pouvoirs d'absoudre des cas réservés aux Evêques ou qu'ils réserveraient, ou des cas compris ou qui seraient insérés dans la Bulle *In Cœna Domini*, ou des autres cas réservés seulement au Saint-Siége par le décret de novembre 1602, que ces pouvoirs accordés à des séculiers ou à des réguliers, ont été annulés et abolis tant par le Concile de Trente que par les susdites Constitutions [1]. »

De ces divers documents il nous semble résulter à l'évidence que la cour de Rome donne au Concile de Trente et à la Bulle de Pie IV une interprétation défavorable aux priviléges des Réguliers touchant l'absolution des cas réservés. En présence

quam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis decretis sublata atque extincta, si quæ habebant, absolvendi a casibus Episcopo reservatis. » Const. *Superna*, § 6, *Bullarium Romanum*, tom. v, pag. 495.

(1) Voici le texte italien, tel qu'il est rapporté par Donatus, *Rerum regularium praxis resolutoria*, tom. I, part. I, tract. XIII, quæst. 17, n. 26. « Questa sacra Congregatione ha più volte dichiarato con ordini expressi di Clemente VIII... di Paolo V... e di Urbano VIII... che tutte le facoltà di assolvere da' casi riservati, o riservandi dagli Ordinarii, overo compresi, o da comprendersi nella Bolla In Cœna Domini implicite vel explicite, et altri riservati solamente alla Santa Sede nel medesimo decreto di novembre del 1602, concesse a' secolari, o regolari, Congregationi, o confraternità di qualunque prerogativa o specialità etiam necessario exprimenda, sono state annullate, et estinte, cosi dal S. Concilio di Trento, come dalle suddette Constitutioni. » Pignatelli rapporte également cette lettre, *Consultationes canonicæ*, tom. I, consult. 292, n. 1.

de cette interprétation, nous n'oserions faire usage de la première opinion, à moins qu'on ne nous montrât un privilége exprès obtenu depuis le concile de Trente, accordant ce droit aux Religieux. Jusqu'à présent nous n'en avons trouvé aucun invoqué par les auteurs, ce qui nous fait grandement douter de l'existence d'un semblable privilége.

Toutefois nous nous garderons bien de blâmer ceux qui, s'appuyant surtout sur l'autorité de S. Alphonse, croiraient pouvoir suivre son sentiment en toute sûreté de conscience.

XLII. Quant aux Réguliers qui se seraient rendus coupables de ce délit, trois hypothèses pouvaient se présenter, et voici ce que le droit commun avait réglé pour chacune d'elles. Ou le religieux avait frappé 1° un membre de son couvent; ou 2° un religieux d'un autre couvent; ou 3° un membre du clergé séculier.

Dans le premier cas, il peut être absous par son supérieur local, à moins que la percussion n'ait été énorme; car alors ils doivent recourir au Saint-Siége ou à son Légat [1].

Dans le second cas, il doit recevoir l'absolution de son propre supérieur, mais en présence du supérieur de l'offensé, afin que la satisfaction soit imposée d'un commun accord [2]. Si les deux prélats ne s'accordent pas sur la satisfaction à imposer, ils choisiront un arbitre qui décidera avec eux; mais la peine sera prononcée par le supérieur du délinquant [3].

Dans le troisième cas, s'il s'agit d'une percussion grave ou énorme, le recours au Saint-Siége est nécessaire. Si la percus-

(1) Cap. *Monachi*, 2; cap. *Cum illorum*, 32; cap. *Canonica*, 50, *De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti.*

(2) Cap. *Cum illorum*, 32, *eod. titul.*

(3) Cf. Schmalzgrueber, *Jus ecclesiasticum universum*, lib. v, titul. xxxix, n. 257.

sion est légère, l'absolution peut être donnée par l'Evêque du clerc offensé [1].

XLIII. Telles étaient les dispositions du droit commun. Mais les Réguliers avaient obtenu sur ce point des priviléges très-étendus [2]. Nous ne voyons nulle part que ces priviléges aient été révoqués. Aussi l'opinion commune se prononce-t-elle pour leur maintien [3]. On pourrait même trouver une confirmation de cette opinion dans le décret de Clément VIII qui permet aux supérieurs religieux de ranger parmi les péchés à eux réservés: « Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personæ [4]. Ainsi que le remarque Gaudentius de Janua, ne serait-il pas ridicule de dire que les supérieurs peuvent se réserver l'absolution de ce péché, s'ils sont réellement sans pouvoir pour en absoudre leurs sujets [5] ? Ce décret de Clément VIII ne paraît-il pas ainsi supposer l'existence des pouvoirs des religieux ? Cet argument acquiert une nouvelle force, si l'on réfléchit que le même décret de Clément VIII ordonne aux supérieurs religieux de députer dans chaque maison des confesseurs auxquels ils doivent donner la faculté d'absoudre des cas réservés chaque fois que la nécessité s'en fera sentir. Comment pourraient-ils conférer ce pouvoir pour notre cas, s'ils ne l'ont pas eux-mêmes ?

(1) Cap. *Cum illorum*, 32, *eod. titulo*; cap. *Religioso*, 21, *eod. titul. in* 6.

(2) Gaudentius de Janua en énumère plusieurs, *op. cit.*, dubit. XIX, n. 23.

(3) S. Alphons., *Theologia moralis*, lib. VII, n. 107; *Appendix de privilegiis*, n. 97; Grueber, *op. cit.* tract. III, disp. I, n. 33; Gaudentius de Janua, *loc. cit.* n. 24 et seq.; Schmalzgrueber, *loc. cit.*, n. 256; Molina, *De justitia et jure*, tract. III, disp. LX, n. 6; Castropalao, tract. XXIX, *De censuris*, disp. III, punct. XXIII, § IV, n. 10; Wiestner, *Institutiones canonicæ*, lib. V, titul. XXXIX, n. 97.

(4) *Bullarium romanum*, tom. IV, p. 273.

(5) *Loc. cit.*, n. 23.

XLIV. On a soulevé le doute si le décret de Clément VIII ne les avait pas révoqués pour les religieux de l'Italie hors de la ville de Rome [1].

Mais ce décret ne prive les religieux de leur pouvoir sur ce péché que relativement aux séculiers, ainsi que le P. Gabriel Angelus à Vicentia en fait la remarque. « Quæ quidem prohibitio, *dit-il*, ad absolutionem sæcularium referenda est, circa quam lis contra regulares mota fuerat, et querelæ apud S. Congregationem delatæ [2]. » De Peyrinis assure, d'après Naldus, que la S. Congrégation des Evêques et Réguliers a rendu une décision dans ce sens [3]. Aussi S. Alphonse ne paraît-il pas supposer que la chose soit douteuse : « Possunt tertio regulares, *dit-il*, absolvere suos subditos ab excommunicatione ob percussionem, etiam gravem, et enormem, et publicam, inflictam non solum religiosis ejusdem ordinis, sed etiam alterius, et etiam clericis sæcularibus. *Cast. Roncagl. Salm. et Croix* ex privilegiis Bonifacii IV et Clementis VIII [4]. »

(1) Cf. Matthæucci, *Officialis curiæ ecclesiasticæ*, cap. XXXIX, n. 16.

(2) *Loc. cit.*, part. II, cap. XXIV, n. II. Cf. Gaudentius de Janua, *loc. cit.*, n. 27, § 1; Passerini, *Tractatus de electione canonica*, cap. XXVI, n. 58.

(3) *De privilegiis regularium*, tom. III, *Additamenta ad Constitutiones Sixti* IV, n. 35.

(4) *Appendix de privilegiis*, n. 97.

# DE SEPULTURIS, EXEQUIIS ET JURIBUS PAROCHORUM [1].

## CAPUT II.

### DE EXEQUIIS.

### Art. I.

*Quales celebrandæ sunt.*

Pia Mater Ecclesia inculcat in eis modestiam et devotionem, ut omnes intelligant ad defunctorum salutem et vivorum pietatem, non ad quæstum hæc fieri [2].

« Decet enim, *ait Baruffaldus*, res sanctas sancte tractari. Hic vero ubi de re tam tristi et lugubri, sed etiam pia agitur, magis augenda est ista modestia et devotio, duabus de causis, ut asserit textus; nempe quia de æterna defunctorum salute agitur, atque de vivorum pietate et exemplo. Nihilominus quia quandoque humanus animus, contra omnia Ecclesiæ jura et præter intentionem tam sacri ritus magis movetur a quæstu, quam a pietate, nasci solet, ut ab aliquibus magis timeatur mors conjuncti ob expensas funerum, quam ob amissionem personæ [3]. »

Inde etiam apud optimos catholicos, et quidem ditissimos, nascuntur istæ murmurationes contra nimias et continue crescentes funerum impensas, contra omnis generis mundanas et

(1) Voyez ci-dessus, page 187.

(2) *Rit. roman.*, titul. *de Exequiis*, § 2.

(3) *Ad Rit. Roman. Commentaria*, titul. XXXIV, n. 15. Cf. *Revue théologique*, an. 1858, page 285 et 411.

sumptuosas adinventiones, quibus in funere divitum, quorum cadaver mox in ipso altari ponetur, colitur jactantia divitiarum et superbia vitæ, et modestia et devotio ab Ecclesia in iis intentæ et præscriptæ, proscribuntur.

Honestus modus, ait Baruffaldus, semper servandus est juxta facultatem et dignitatem defuncti, a cujus hæredibus impensæ regulantur, et licet istæ potius moderari debeant, quam ultra vires extendi, si tamen ista moderatio vilis et sordida esset, judex de æquitate ejus cognosceret, et si testamento defunctus quid tale statuisset, dispositio servanda non esset, quia contraria esset legi Ecclesiæ [1].

Hoc patet quoque ex præcepto quocum pia mater Ecclesia urget, ut et ipsi filii ejus pauperes cum honore, et si opus sit, impensis ipsius parochi, sepeliantur, ita ut, ait Baruffaldus, puniendus sit parochus qui sepulturam denegaret pauperi, oe quia non habeat unde solvat pro cereis et associatione. Item si sine lumine et debitis exequiis id faceret, sed tantum permitteret cadaver in fossa humari : turpe enim est, inquit, neque satis christianum pauperes mortuos, qui thesaurum Christi sunt, nullo ritu sacro duci ad sepulturam, unde nonnulli profecto offenduntur [2].

Ideo 28 januarii 1650 S. Congregatio Episcoporum et Regularium declaravit tollendum esse abusum sepeliendi defunctos privatim sine lumine, cruce et parocho. Ad quod dicit Cavalieri : « Digni, qui deplorentur, sunt parochi illi, qui pro pauperum funere eleemosynas sordide conquiri permittunt, aut successores quos agnoscunt inopes, ad easdem subministrandas angunt, et per dilationem sepulturæ usque cadaveris, aliisque modis turpibus conantur adigere ; sordidæ enim avaritiæ sibi notam ingerunt, populis grave scandalum, et cum tu-

(1) *Ibid.*, n. 63-74.
(2) *Rit. Roman.*, titul. *de Exequis*, § VIII; Baruffaldi, *ibid.*, n. 77-79.

mulare mortuos in ipsis non tam misericordiæ, quam justitiæ, opus sit, ultra pœnas quibus in eosdem animadvertere debent Episcopi, in extremo judicio se sciant a Christo exclusos fore a regno, quod misericordibus decernet[1]. »

Quæ itaque tam graviter parochis præcipiuntur pro suis parochianis defunctis, ita fidelibus secundum honestum modum sui status præcepta sunt, tum pro se, tum pro suis defunctis.

## Art. II.

### *Ubi celebrandæ sunt.*

Jus, ait Baruffaldus, celebrandi exequias pro defunctis, post illorum tumulationem, non comprehenditur inter jura parochialia. Et S. Congr. Rit. 7 septembris 1610 et 15 martii 1704 resolvit exequias non nisi in ecclesiis, ubi sepeliuntur cadavera, celebrari debere, nec posse cogi defunctorum hæredes ad illas in alia ecclesia iterandas. Ita quoque S. Congr. Concilii 7 Januarii 1764 [2].

Rituale Romanum, § VI, exceptiones indicat. Ad quod Baruffaldus notat : « Tria loca assignat rubrica in quibus parochis seu sacerdotibus officium celebrantibus dari solet eleemosyna : nempe sepultura, exequiæ et anniversaria; potest enim dari sepultura sine exequiis, et possunt dari exequiæ, sicut anniversaria, sine sepultura, in quibus omnibus aliquid juste contribui debeat illi sacerdoti, qui tale officium celebrat[3]. »

Possunt igitur sepultura in una, et exequiæ in altera fieri ecclesia, sive ex pacto inter ecclesias inito, sive ex consuetudine inter determinatas, vel inter omnes alicujus diœcesis ec-

(1) *Op. liturg.* tom. 3, cap. 15, decret. 154; et cap. 17, Decr. 211. Cf. Zamboni, *Collectio declarationum S. Congreg. Concilii*, v° *Cadaver*, § III, n. 36 et 43.

(2) Baruffaldi, *loc. cit.*, n. 9 et 13; Moulart, *De sepulturis et cœmeteriis*, p. 237.

(3) *Ibid.*, n. 50.

clesias, sive ex voluntate testatoris expressa. Ille enim favor separandi sepulturam ab exequiis ultimæ voluntati concessus est, non autem concessus est hæredibus, qui possunt, pro libitu, funus et exequias *præter jus* duplicare, non autem juri communi derogare. Sed etiam nullum pactum, nulla consuetudo obligandi hæredes ad exequias duplicandas, allegari poterit. Deest enim semper S. Pontificis consensus, deerit semper, etiam in iis qui quandoque id faciant, animus saltem implicitus sese aliosque de communitate obligandi [1].

Statuta alterius diœcesis supra citata, affirmant *antiquam*, et tertiæ diœcesis, *diuturnam* consuetudinem ibi vigere, ut funus et exequiæ in ecclesia parochiali, sola vero humatio in aliena, semper fiant. Sed scopus statuti tantum esse potest, prævenire controversias inter parochos, nullo autem modo, auferre aut coactare, ne moraliter quidem, libertatem fidelium. Constans enim jus et jurisprudentia Ecclesiæ est, hæredes nullo pacto, nulla consuetudine, ultra unicam taxam gravari posse, neque quidquam fieri posse, unde plures, ob nimias expensas, ab electa vel avita sepultura arcerentur, et unde ille Ecclesiæ favor fidelibus pie concessus, fere vanus et irritus efficeretur. Ex ipsis statutis id patet, cum omnimodam asserunt libertatem, quando quis, casu fortuito, in aliena parochia moriatur.

Etenim primum statutum tunc concedit exequias, pro libitu hæredum fieri posse, in alterutra ecclesia, etiam separatas a loco sepulturæ. Habetur enim *aut ibidem exequias celebrandas curare*. Si illud *aut ibidem* refertur ad *alienam parochiam*, libertas fit postquam sepultura in propria parochia sit facta, exequias adhuc, in loco casuali obitus, peragendi. Si ad *propriam parochiam* refertur, libertas fit semper in loco obitus

(1) Cf. Gardellini, *Decreta authentica Congregationis S. Rituum*, n. 4852 et 4877; Moulart, *op. cit.*, pag. 240-243; Zamboni, *op. cit.*, v° *Quarta funerum*, § 1, n. 6, in *nota*.

sepeliendi, et in propria parochia faciendi exequias. Dictus itaque filius parochianus Sti Nicolai, pro libitu, facit omnia simul in alterutra ecclesia, vel in una humationem, et in altera exequias, transmutando prout vult.

In alia diœcesi statutum habet *et ibidem*. Unde pro casu subitaneæ mortis, libertas fit, non sepulturam ab exequiis separandi, sed eas simul in alterutra ecclesia faciendi. Pro omni autem alio casu, quo quis extra sua moriatur, sepultura præcipitur in loco obitus facienda, et libertas fit exequias celebrandi non tantum in alterutra ecclesia, sed ubi hæredibus placuerit.

In tertia diœcesi statutum est, quod si corpus ad propria deportatum fuerit, ibi, ut de jure, exequiæ etiam celebrari debent. Sed, si commode transferri nequierit, adeoque in loco obitus fuerit sepultum, quod exequiæ adhuc in propria ecclesia fieri possunt.

## Art. III.

### *A quo celebrandæ sunt.*

Celebrantur exequiæ a rectore illius ecclesiæ seu oratorii ubi legitime sunt ordinatæ. Non a proprio parocho extra suam ecclesiam ; neque vocari debet, si separatæ ab humatione celebrantur. Excipitur oratorium a summo Pontifice vel Ordinario jure funerandi donatum, sed a lege parochiali non exemptum. Nam etsi quem habet specialem rectorem, de jure parocho non subjaceat ejus, et, absque ullo parochi consensu, ibi omnes functiones sacerdotales ei peragere liceat ; si tamen in illo oratorio tumulandum sit cadaver hominis istius parochi, intra cujus fines oratorium situm est, subjecti, non licet ei super illo facere funera, sine licentia parochi, qui et

ipse, si voluerit, potest illa super suo parochiano ibi tumulando peragere [1].

## CAPUT III.

### De Juribus Parochorum.

Prius observandum cadaver sub absoluto arbitrio, non parochi, sed hæredum esse. Possunt ipsi, petita etsi non obtenta licentia, illud e domo ad quamcumque etiam parochialem ecclesiam, per modum depositi, asportare, usquedum ad ecclesiam sepulturæ sit deferendum. Si depositum fit in parochiali et parochus aliquas fuderit preces intortitia circa feretrum incensa ei debentur; sed nihil ultra. Si autem ipse, invitis hæredibus, corpus ad suam ecclesiam deduceret, funeraque celebraret, non tantum ei nihil deberetur, sed omne jus ad portionem canonicam amitteret [2].

Jam, quum quis extra propriam ecclesiam sepelitur, ejus parochi jura respiciunt vel officia, vel emolumenta.

### Art. I.

#### *De juribus quoad officia.*

1° Levatio corporis e domo vel loco depositi fit privative a proprio parocho ad hoc vocato, vel ab ejus delegato. Si per horam circiter exspectatus non adsit, rector ecclesiæ tumulantis, ejus loco, omnia peragit.

2° Pro associatione liberum est hæredibus nullum ex ecclesia parochiali sacerdotem præter parochum invitare. Sed

(1) Gardellini, *op. cit.*, n. 3521, ad 20; Cavalieri, *op. cit.*, tom. III, cap. XV, Decret. 57; Moulart, *op. cit.*, pag. 144-145 et 221-222; *Revue théologique*, année 1858, pag. 489.

(2) Gardellini, *op. cit.* n. 2580, 3372, 4167; Moulart, *op. cit.*, pag. 240 et 256.

si invitatio parocho relicta est, ipse debet ecclesiæ sacerdotes præferre extraneis [1].

3° Elatio Crucis unica est, non parochialis, sed ecclesiæ vel oratorii tumulantis, sive sæcularis sive regularis, nisi capitulariter interesset capitulum, cui crucis prælatio debetur. Regulares tamen acciti ad funus alibi celebrandum, possunt præcedente propria cruce e monasterio suo egredi ad associationis locum, sed non ultra [2].

4° Campanarum pulsatio in utraque ecclesia pro libitu fieri potest.

5° Congregatio ab invitatis omnibus fit in propria ecclesia, vel, si canonici capitulariter adsint, in cathedrali, indeque incipit processio ad cadaveris locum, ubi parochus totum rituale officium, etiamsi canonicus esset in cathedrali tumulandus, peragit. Regulares tamen cogi non possunt ad associanda cadavera tumulanda, etiam in eorum ecclesiis, sed illa a parocho ad januam eorum ecclesiæ adducenda ibi exspectare possunt [3].

6° Via per quam ducitur cadaver a solo parocho statuitur sine ullo cujuscumque consensu, licet cum funere alias transire parochias, quin illarum parochi inde aliquid juris ad quidquam acquirant. Sed præter voluntatem defuncti aut hæredum ad nullam, nequidem parochialem ecclesiam, divertere licet [4].

(1) Ferraris, *Bibliotheca canonica*, V° *Sepultura*, n. 223-225 ; Gardellini, *op. cit.*, n. 329, 913, 2139, 2580, 3694; *Mélanges théologiques*, tom. IV, pag. 259-263; *Revue théologique*, an. 1856, pag. 637-639; an. 1861-1862, pag. 415-420.

(2) Gardellini, *op. cit.*, n. 1064, 1217, 1956, 2580, 4167, 4819 et 4841 ; *Mélanges théologiques*, tom. IV, pag. 262.

(3) Gardellini, *op. cit.*, n. 521, 564, 1186, 1972, 2366, 2424, 3861, 4442, 4730.

(4) Ferraris, *Op. cit.*, v° *Parochus*, art. III, n. 51; Gardellini, *Op. cit.*, n. 468, 864, 2561 et 2945.

7° Præeminentia in digniore loco, immediate ante feretrum, tenetur a parocho, nisi canonici capitulariter adsint, quibus honoris locus debetur [1].

8° Finis juris parochi super cadaver est ad limites suæ jurisdictionis, ubi recedere, vel, stola deposita, ingredi in ecclesiam ad adorandum Sanctissimum potest.

Pro sua diœcesi, Benedictus XIV statuit, ut uterque parochus simul primum locum tenerent, ita ut parochus *a qua* dexteram teneret usque ad limites parochiæ *ad quam*, cujus ibi parochus dexteram occuparet et ita simul incederent [2].

Sed SS. Congregationes Rituum et Concilii declararunt cadaver non transire in jurisdictionem Regularium, nisi ad fores eorum Ecclesiæ, ubi, ex decreto S. Congregationis Episcoporum et Regularium, a parocho, qui illud eis tradit, benedicendum est. Ipsi, sub cantu *Exultabunt*, illud accipiunt, et in suam Ecclesiam, sub cantu *Subvenite*, introducunt, sistuntque in ejus medio. Ibi enim cadavera et cenotaphia sunt ponenda, non solum laicorum cujusvis dignitatis, divitum et pauperum, sed etiam sacerdotum, imo ipsorum omnium Pontificum. Directe, et juri et spiritui Ecclesiæ contrarium est, ea in presbyterium, seu, uti aiunt, in chorum introducere. Attamen ad talem corruptelam introducendam, non raro fit ut mensa communionis retroducatur, ut, murmurantibus parochianis, impensæ majores fabricæ imponantur, et ecclesiæ architectura deformetur [3].

9° Processio ad cœmeterium per vias et plateas et humatio

(1) Gardellini, *Op. cit.*, n. 269, 346, 413, 426, 521, 564, 1819, 1956, 4524, 4556 et 4730.

(2) *Institutiones ecclesiasticæ*, instit. cv, n. 54. Cf. Cavalieri, *Op. cit.*, tom. III, cap. xv, decret. 19.

(3) Gardellini, *Op. cit.*, n. 3970; Cavalieri, *Loc. cit.*, decret. 59; *Rituale Romanum*, titul. *Exequiarum ordo*, § 5; *Pontificale*, Pro defunctis; *Cæremoniale Episcoporum*, Lib. II, cap. XXXVIII, n. 25.

fit, non a parocho, sed a rectore ecclesiæ tumulantis. Sed jam regulares talem processionem ducere non possunt, nisi cum sola regulari familia proprii conventus et cum stola et cruce conventuali tantum. Pro majori solemnitate adhibenda, parochus intra cujus fines monasterium situm est, vocari debet [1].

10° Ex usu, hoc sæculo in urbibus introducto, cadavera curru ad ecclesiam, imo jam ad tumulum usque devehendi; totus ille ritus sacer extra templum peragi consuetus, ibi cessavit. Ecclesia plurimis decretis huic restitit usui. Coactus, quædam nobilibus cedens, Benedictus XIV cavit omnino ne unquam id fiat ita ut nullus adsit sacerdos qui 1° rite cadaver excipiat, et 2° in templum inferat [2].

Id ita fieri potest, ait Cavalieri, « ut cadaver sine cruce erecta, sine parocho, sine clero, in curru asportetur prope ecclesiam et ibi e curru in feretro compositum, cum cruce elevata, et clero inter psalmodiam, et preces consueto modo in ecclesiam deportetur. Licet, *ait*, ille modus undequaque non quadret Rituali, irreverentiæ tamen et indecentiæ nihil sacrum exponit, et fere perinde est ac si cadaver fuisset depositum ubi processio inchoatur [3]. »

Inde in omnibus itaque funeribus, tum pauperum quum divitum, etiam in minimis quæ vespere fiant, hic erit ordo sacer : in constituto loco, aliquantulo spatio ab ecclesia, adest cum cruce, lumine et ministris pro classe, sacerdos qui ibi cadaver e curru excipiat, aspergat et *De profundis*, etc. dicat. Dein *Exultabunt* intonet, et *Miserere* saltem inchoet. Adest qui cadaver, sub cantu *Subvenite*, inferat in ecclesiam ad ejus medium usque. Ibi, etiam vespere in pauperum sepulturis,

(1) Moulart, *Op. cit.*, pag. 224-225, et 256-264.

(2) *Op. cit.*, Instit. xxxvi, n. 26. Cf. *Mélanges théologiques*, tom. iv, pag. 267.

(3) *Op. cit.* Tom. iii, Cap. xv, Decret. 46.

omnibus in Rituali præscriptis circa feretrum paratis, incipitur *Non intres* et *Libera*, sub cujus fine corpus aspergitur et incensatur, et debita absolutio perficitur. Dein, sub cantu *In paradisum*, *Ego sum* et *Benedictus*, corpus ad sepulchrum defertur, ut ita ultima justa persolvantur. Similis fere modus expositus fuit in dubiis pro diœcesi Briocensi in Gallia, 21 julii 1855, S. Congregationi Rituum propositis. Ipse modus objectum consultationis revera non erat, sed nihilominus S. Congregatio in eum etiam non animadvertit [1].

Utinam in quibus posset urbibus hic modus servaretur ! Posset certo in maxima urbium parte ! Posset forte adhuc in omnibus ! Quam gratum esset pauperibus et operariis ! Quam salubre omnibus exemplum ! Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ! A sæculo et amplius, laborant impii qui omnem cultum extra templi ambitum proscribant, et nos, sacerdotes Dei, sineremus, ex desidia nostra, dissipari in actu suo saluberrimo, cultum illum cujus cura nobis ab ejus sponsa, matre nostra Ecclesia, est concredita ! Sed recedant quoque particularia ; vere Catholica — Apostolica — Romana sint omnia.

11° Lambertinia concessio spectabat tantum ad ea quæ agenda sunt a domo mortuaria ad ecclesiam, ex qua tunc corpus processionaliter ad sepulchrum deducebatur. Sed jam nunc ex ecclesia, iterum curru, ad cœmeterium absque ullo ritu devehitur et humatur. Potestne hoc Ecclesiæ sensui convenire ?

Rituale Romanum supponit casum, quo post officia in templo peracta, corpus ad sepulchrum non deferatur, et tunc, inquit, *omisso responsorio* IN PARADISUM, etc. *prosequatur officium ut infra : quod nunquam omittitur.* Id est, *Ego sum*, *Benedictus*, cum versibus et oratione. « Cum eis, *ait ad hoc*

(1) Baruffaldi, *Op. cit.*, Titul. XXXVI, n. 127 ; Cavalieri, *Loc. cit.*, Decret. 53, n. 3 ; Gardellini, *Op. cit.*, n. 5085.

*Baruffaldus,* tum dicitur officium defunctorum vere expletum, et expletæ exequiæ, ita ut cadaver valeat sepeliri absque alia cœremonia [1]. » An in statu præsenti id semper non valeret ?

S. Congregatio Rituum id non sentit. Etenim Veronæ mos vigebat defunctorum cadavera de sero ad ecclesiam deducendi, eaque postmodum absque ulla pompa, sed uno tantum sacerdote associante, noctu deferendi ad cœmeterium extra mœnia civitatis. Petebatur itaque an canticum *Benedictus* recitari debeat de sero, cum antiphona *In paradisum*, ac reliquis exequiarum precibus? Et an non potius ea, in vespertina sepultura, omitterentur, ut fierent postero die, quo exequiæ, ut corpore præsenti, fiant? Sed S. Congregatio decurtatas illas vespertinas sepulturas non admisit, et declaravit *in casu servandum ordinem in Rituali præscriptum* [2].

Casus, ut patet, statui nostro omnino similis est, adeoque et responsum ad nos pertinet. Sed ut hoc etiam apud nós in praxim deducatur, providendum est, absque ullo novo pro fidelibus onere, de sacro supellectile et de ministris. Quoad primum, videtur in cœmeterio facillime servari posse, cum aqua benedicta et stola, quæ ibi jam sunt, etiam crux, duæ candelæ, superpelliceum et Rituale.

Quoad alterum, fideles fere omnes etiam operarii conducunt rhedam qua sacerdos ad cœmeterium ducitur,qui et stipendium inde ab eis recipit. Sacrista laicus posset certo eum comitari. Adsunt semper fossarius, conductores, parentes, amici et vicini quorum aliqui electi cum pietate ministerium certo præstarent.

His institutis, corpus sub cantu *In paradisum* ad currum

(1) *Loc. cit.*, Titul. XXXVI, n. 173.
(2) Gardellini, *Op. cit.*, n. 5081.

usque processionaliter deduceretur, et sacerdos, rheda adductus, illud cum cruce elata ad fores cœmeterii benedicendo exciperet, statim faceret *Ego sum* cum cantico *Benedictus*, et super cadaver, ad fossam interea deductum, preces et ultima Ritualis suffragia ibi perficeret. Tali vel alio meliori modo, ordo in Rituali præscriptus servaretur. Immutatio minor esset illa a Benedicto XIV concessa.

Manerent tantum pauperrimi nulli confraternitati adscripti, qui rhedam pro sacerdote conducere non valeant. Sed eorum sepultura non est tantum parocho opus misericordiæ, sed justitiæ. Oportet tantum excutere segnitiem, nam omnis Pontifex.... pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum.

Præterea, ne omnia mox perditum eant, necesse est, et tempus urget, ut funera omnium Christifidelium illo honore circumdentur, quocum Pia Mater Ecclesia eos omnes complectitur. Si omnia ab ea præscripta et strictim præcepta, ubique exacte fuissent servata, inimici crucis Christi tanta quæ jam agant non valuissent, nec apud populos, illa ausi fuissent tentare.

---

## LETTRE SUR LE SYSTÈME DE S. ALPHONSE.

Un ancien professeur de théologie, qui a publié sur le probabilisme de S. Alphonse un opuscule, dont plusieurs éditions successives ont démontré le mérite, nous adresse la lettre suivante, que nous nous faisons un plaisir de communiquer à nos lecteurs.

Reverendi adm. atque Eruditissimi Domini,

Permittite ut, quum renata sit hodie de *Systemate Morali* S. Alphonsi nonnulla controversia, genuinam ejus doctrinam, prout ex universo Opere theologico elucet, vestro judicio subjiciam.

I. In systemate S. Doctoris opinio *notabiliter* seu *certo probabilior* in favorem legis habenda est pro *moraliter certa. Lib.* 1, *n.* 56. Idem asserit casu quo, inquit, notitia (opinio) adesset *probabilis, tantum* pro lege. *Lib.* 1, *n.* 71. — Utraque autem sententia pari haud dubie jure valet in favorem libertatis. Bina igitur hæc hypothesis, juxta ejus mentem, minime pertinet ad probabilismum, non magis quam opinio, quæ a cl. Muzarelli (*Opusc., tom.* 4, *de regula moral. opin., pag.* 299, *édit. Bruxell.* 1837) vocatur *absolute probabilior*, aut ea, quæ est *probabilissima*. Nimirum quaternum id genus probabilitatis apprime respondet sanæ notioni seu indoli certitudinis moralis, saltem late dictæ, id est, practice sufficientis ad rectam morum, unde nomen traxit, informationem, quin ulterius opus sit principio quodam reflexo, quo, pro ultimo conscientiæ dictamine, utimur, quando lex est dubia : data namque ejusmodi probabilitate, prudentia, honestæ vitæ dux, dictat illam licite deduci in praxim. Et hic consentientes habemus ipsos antiprobabilistas : « Non negamus, *ait Billuart, de consc. dissert.* 5, *art.* 1, quin opinio solide probabilis, seorsim considerata, si nihil appareat in contrarium, aut quod non sit evidenter solutum,

possit tuto eligi ; quia homo non potest semper in moralibus habere omnimodam certitudinem, et ille *prudenter* agit, qui agit secundum graves rationes, quas nihil solidi infringit. » Ita etiam Antoine, *de consc., cap.* 4, *qu.* 5 : « Licet sequi opinionem minus tutam seu negantem præceptum, quando est *unice* probabilis. » Porro ex pluribus, in decursu Operis, resolutionibus manifestum est, S. Alphonsum idem sentire, quando duæ opiniones circa legem oppositæ, æquali fere verisimilitudinis specie, concurrunt, ita tamen ut, quod fit nonnumquam, quando utriusque rationes sunt heterogeneæ ac non se elidunt mutuo, et affirmans et negans sint simul vere probabiles. In eo quidem rei eventu, lex erit *objective* dubia, ast non dubia *subjective* illi, qui, gravi argumento nisus, probabiliter judicat obligationem nullam dari. Cæterum huc spectat quæstio : An, quando contradictoriæ circa idem objectum opiniones sunt ambæ vere probabiles, possit quis modo hanc, modo illam licite sequi? » (Gury, *cas. consc.* part. 1, n. 76 ; et Voit, *Theol. mor.*, tom. 1, n. 104.)

II. Proprium S. Alphonsi *systema morale*, cujus nempe ipse auctor est, consistit in illo opinionum *æqui-probabilismo*, qui reddit legem *stricte dubiam*, quando scilicet, in concursu opinionum æque vel fere æque probabilium, pro lege et contra legem, intellectus neutri parti prudenter assentiri potest, non dico firmiter judicando, sed ne opinando quidem. Hic est cardo probabilismi S. Alphonsi. Docet autem, eo in casu, possessionem seu potius præsumptionem possessionis, quæ stat pro lege vel pro libertate, litem dirimere debere, ut modo servanda sit lex, modo libertas sarta tecta maneat.

Utique hic æqui-probabilismus, quis sanæ mentis dubitet, quin ante S. Doctorem, cum antiquis Ecclesiæ Patribus, tum theologis scholasticis ipsisque fidelibus, notus fuerit et usurpatus? Fundatur enim in obvio rationis practicæ dictamine ; verum a S. Alphonso, in formam scientificam redactus, rite fuit determinatus, diversis actuum humanorum circumstantiis applicatus, et, quod caput est, a permultis abusibus vindicatus.

III. Jam, quidquid sit de via et ratione, qua S. Doctor, ab

initio studiorum, paulatim ad hoc suum systema devenit, si historicorum interest, studiosum profecto sacræ theologiæ parvi refert, postquam doctrinam S. Viri, eam scilicet, quam Sedes Apostolica solemniter approbavit, plane perspectam habet. Incassum autem laborant communis probabilismi patroni, qui probabilismum istum sensim mitigantes et ad placita S. Alphonsi accommodantes, prætendunt (diceres invideri novi systematis laudi et gloriæ) id, inquam, prætendunt, non alium quam hunc suum probabilismum a S. Alphonso fuisse propugnatum. Et quo, quæso, jure hoc contendunt? Eo quod, aiunt, dum opinio pro lege non est notabiliter seu certo, sed dubie tantum vel tenuiter probabilior, contra legem agere permittat. Sed in primis S. Doctor id concedit, non quia in concursu cum paulo probabiliori potest semper intellectus prudenter adhærere minus probabili, sive hanc, neglecto comparativo et abstractim a motivis probabilioris, *absolute* probabilem judicare; verum quia, dum excessus probabilitatis pro lege est tam exiguus, non relinquitur nisi lex stricte dubia. Quo quidem in dubio permittit agere contra legem, non semper et in omni casu, sed quando præsumptio possessionis est pro libertate; secus vero, si ea stet pro lege. Longe igitur S. Alphonsus hic distat ab iis qui, in præfato conflictu, libertatis jus asserunt ob probabilitatem opinionis benignioris : neutri siquidem ille opinionum oppositarum veram probabilitatem tribuit; supponit utramque alterius probabilitatem enervare aut perimere ; atque hoc revera, nisi forte rationum momenta heterogenea sint, ex ipsa utriusque comparatione necessario sequitur. Nihil quippe juvat probabilistam, quod is, ut aiunt, de vera probabilitate judicet *absolute*, non *relative* : nam id si fecerit, ubi rationum momenta æqualia et ejusdem generis, pro lege et contra legem, ei se offerunt comparanda, ponderanda et libranda, non minus imprudenter et invita logica faciet, quam si, tribus hinc testibus aliquid affirmantibus, et tribus inde idem negantibus, ejusdem utrimque valoris seu auctoritatis, non dubitaret de re testata, sed fidem haberet alterutris.

Quoniam autem discriminis communem probabilismum inter et

systema S. Alphonsi mentionem fecimus, id quoque, quod ipsi proprium est, adjicimus, illum fuisse primum, qui statuerit vel *unum* gradum majoris probabilitatis posse sufficere, ut in favorem legis pronuntiandum sit[1]; quo certe pacto priscum probabilismum, vagum et licentiosum, non parum arctavit et coërcuit.

Hæc mihi systematis moralis S. Alphonsi videntur esse generalia et vera lineamenta. *Limitationes* ejus et *exceptiones*, quum in altero systemate eædem sint, mittimus.

Maximo venerationis sensu subscribor

RR. VV. obsequiosissimus famulus.

X.

(1) Nous ne sommes pas aussi tentés que l'auteur de la lettre de féliciter S. Alphonse de cette addition. Nous ne comprenons pas trop comment *un seul degré* pourrait établir une différence *notable* entre les deux probabilités, et comment l'on saura prouver que cette opinion est *certainement* plus probable qui ne l'emporte que *d'un degré* sur sa concurrente.

(*Note de la Rédaction.*)

## APPARITIONS PROPHÉTIQUES

d'une âme du purgatoire à une religieuse d'un monastère de Belgique. en 1870, par l'auteur des *Voix prophétiques*. Nouvelle édition, 1872, 45 pages, grand in 18. Bruxelles, V. Devaux. Paris, V. Palmé.

Si nous examinons en détail cette petite brochure, c'est non seulement parce que plusieurs de nos abonnés nous ont prié de l'étudier et d'en faire la critique, mais encore à cause du succès remarquable qu'elle a obtenu, surtout dans la partie flamande du pays, où il s'en est vendu plus de dix mille exemplaires. Qelque peu volumineux qu'il soit, un livre qui se répand avec une telle rapidité mérite attention, et autant s'il est bon et conforme aux saines doctrines, il peut faire de bien, autant il couve de danger, si la doctrine qu'il renferme présente le flanc à la critique.

Pour donner notre avis en deux mots, nous dirons que les apparitions, s'il y en a eu, ne sont pas prophétiques : et qu'en outre, à nous en tenir à la présente relation, nous doutons très-fort de la vérité de ces apparitions.

D'abord le titre est inexact en appelant *prophétiques* ces apparitions. En effet, dans quel but et pour quel motif l'âme en peine vient-elle se montrer au milieu des flammes? Est-ce pour annoncer l'avenir? Nullement. Ce qu'elle veut, ce qu'elle réclame, ce sont les prières de sa fille religieuse et de la communauté. Mais, sans doute, il se trouve beaucoup de prophéties, ou d'annonces de l'avenir, dans les conversations de l'âme avec sa fille? Au contraire, il y en a excessivement peu, ou mieux il n'y en a point. Nous n'avons rencontré dans toute la brochure qu'une seule prophétie, savoir que la *France se relèvera*, mais sans indications de temps ni de mode (page 36). Or un

tel fait, si peu circonstancié, espéré généralement, et annoncé par des voix plus autorisées, ne mérite pas à coup sûr le nom de prophétie. C'est une annonce vague que beaucoup sont en état de faire, sans prétendre au titre de prophètes. Cette annonce d'avenir est, du reste, la seule; la religieuse ne parvient même pas à savoir quel sort lui est réservé, et si elle guérira, ou non, de la maladie dont elle ressentait alors les premières atteintes (page 49).

L'écrivain de la brochure s'est trop souvenu de la publication des *Voix prophétiques*, et trahit ses préoccupations, quand il écrit en terminant, que les APPARITIONS PROPHÉTIQUES *ont mis le comble aux mérites de la sœur* qui en fut favorisée [1].

Ces remarques faites sur le titre, nous allons passer à l'examen des circonstances qui nous font douter de la réalité de l'apparition. Mais auparavant exposons le fait. « Une religieuse sent un malaise subit, inexplicable. Ce malaise n'était « toutefois que le pressentiment de la mort de son père, qu'elle « apprend quinze jours après. — Alors son père lui apparaît « enveloppé de flammes, dans la ruelle du lit, demandant du « soulagement à ses peines, et annonçant que si la communauté prie, et si sa fille souffre beaucoup pour lui, il sera « délivré après trois mois. Ces apparitions se renouvellent fréquemment. — Enfin, à la messe de minuit du jour de Noël, « l'âme apparaît dans la gloire, annonçant sa délivrance et « son entrée au ciel. — La religieuse, qui était française d'origine, mourut phtysique, six mois après ces événements. »

Le fait abrégé, tel que nous venons de le raconter, ne pré-

(1) Nous ne comprenons pas comment ces *apparitions prophétiques*, fussent-elles vraies, auraient pu *mettre le comble aux mérites de la sœur*. L'auteur ignorerait-il que les miracles, les prophéties, en un mot, les *gratiæ gratis datæ* n'ajoutent rien aux *mérites* de la personne qui en est favorisée? Admettrait-il que la prophétie de Caïphe (Joan. XI, 49-52) ait mis le comble aux mérites de ce Pontife ?

sente rien d'improbable. Bien plus, il est assez conforme à la manière ordinaire dont se font ces apparitions [1]. Aussi n'est-ce pas au fond que nous trouvons à reprendre, mais aux circonstances du récit, et notamment aux discours tenus par l'apparition. Nous allons signaler brièvement ce que nous y avons remarqué d'incohérence et de contradictions, de lieux communs qui semblent une réminiscence de lectures ou de sermons, enfin de points qui paraissent s'écarter de la doctrine de l'école, ou des opinions communément reçues des théologiens.

1° L'humble religieuse, nous dit-on, se retranchait dans le plus inviolable silence au sujet de ces faits (page 8), et cependant des notes abontantes (p.9) avaient été recueillies par la supérieure de la communauté (p. 7), pour qui elle n'avait point de secret, et qui a été mise, comme aussi la maîtresse des novices, *à cause de cette confiance sans bornes*, au courant de tous ces mystérieux incidents (p. 15). Comment accorder ce silence inviolable, et cette confiance sans bornes qui fait tout dévoiler?

— Il n'est pas aisé non plus d'expliquer comment une voix *distincte lui criait sans relâche...* tandis que des gémissements lui rappelaient les exclamations *entrecoupées* de son père (p. 15).

— Pour faire comprendre à sa fille la grandeur des peines du purgatoire, l'âme lui dit : « Ah! tu ne sais pas ce que c'est « que l'éternité (p. 19). » Quelle relation existe-t-il entre ces deux idées, et comment l'une peut-elle conduire à l'autre?

Encore un point qui demande explication : « si l'on prie beaucoup pour moi dans la communauté, ma peine sera abrégée de moitié (p. 19), » dit l'âme. Or elle n'avait été condamnée qu'à quelques mois (p. 24), et quoique la communauté

(1) Voir la note I à la fin de cet article.

eût prié considérablement, l'âme resta trois gros mois dans les flammes, du 17 septembre au 25 décembre.

— L'âme dit à sa fille, faisant encore ici un rapprochement difficile à saisir : tu as « épuisé ta santé pour ta mère, je viens « maintenant épuiser ton âme (p. 21). » L'auteur eût bien fait d'expliquer ce qu'il entend par épuiser une âme.

— « Trois mois, c'est une éternité (p. 24). » Cette exagération n'est-elle pas trop forte, dans une âme appelée à la gloire et dont la délivrance est proche ?

— La sœur favorisée des apparitions demande à l'âme de prier pour le soulagement d'une de ses consœurs. A peine la demande est-elle formulée, que cette sœur est guérie (p. 24). S'il en est ainsi, quand l'âme a-t-elle pris le temps de prier ?

2° A ces incohérences qui, nous voulons bien le reconnaître, ne suffisent pas pour asseoir un jugement, nous joindrons ce qui nous a paru contradictoire dans la relation.

— Il est dit (page 17) que la famille faisait célébrer de *nombreuses messes* à son intention, et néanmoins l'âme se plaint (p. 20 et 21) qu'à peine l'un ou l'autre de ses enfants dit un *de profundis*, et elle demande qu'on célèbre *dix messes* pour son soulagement. L'une de ces deux affirmations est contestable assurément. Si l'âme se plaint avec raison, c'est que les messes étaient loin d'être nombreuses, ou si elles l'étaient, comme on le dit, l'âme avait tort de se plaindre de la dureté de ses enfants, et de réclamer dix messes.

— La sœur voit son père triste, mais *non dans les flammes* (p. 2). Mais voilà que pendant l'entretien, il dit : « regarde cette citerne de feu *où nous sommes plongés*.... » La sœur vit en effet cette citerne enflammée, et « comme le père se replongeait dans la citerne... » Ainsi tout à la fois le père était et n'était pas plongé dans la citerne de feu ; ce qui se représente une autre fois, page 27.

— Enfin le père refuse de donner une marque spéciale de son apparition (page 25), parce que, disait-il, l'incertitude de sa fille est une peine voulue de Dieu ; et cependant il lui imprime cette marque presque aussitôt après. Qu'est donc devenue la peine infligée de Dieu ? Et comment l'âme qui aime Dieu, et qui ne peut que désirer l'accomplissement de sa sainte volonté, peut-elle contrarier directement ce qu'elle avoue et reconnaît être dans les desseins de Dieu ?

3° Actuellement montrons les faits de la relation qui ne présentent aucun caractère de surnaturel, ou qui semblent une réminiscence de lectures et de sermons.

Elle a un *pressentiment* de la mort de son père, témoins le poids qui l'oppresse et la tristesse qui l'accable. Mais les pressentiments ne sont pas chose si rare ; qui oserait affirmer que ce sont des événements surnaturels ?

— Elle venait de s'assoupir, voit l'âme entre le lit et la muraille, et jette des cris sans s'en douter (p. 16). Toutes ces circonstances sont défavorables à une véritable apparition. Une vision en rêve, lorsque l'imagination est vivement frappée, se présente ordinairement dans les conditions énoncées ici.

— « Je suis déjà depuis plus d'une année dans le purgatoire », dit l'âme (p. 19). Or cette âme sait fort bien compter les mois et indiquer l'époque où sa peine sera finie ; comment donc a-t-elle pu tenir ce langage ? N'est-ce pas sa fille qui le lui a prêté ?

— Il se replonge en criant *j'ai soif* (p. 23). Il était en même temps si triste son pauvre père, en s'écriant, *j'ai soif, j'ai soif* (p. 27). Cette description est propre à frapper l'imagination, mais est-elle autre chose que poétique ?

— Vient, page 30, une série de questions et de réponses qui ne présentent rien de particulier, et qui ne dépassent pas la portée des esprits ordinaires.

— Nous en dirons autant des questions posées et résolues, page 33. On croirait lire le résumé d'un sermon prêché sur la matière. Ces âmes bien coupables et bien délaissées, condamnées à souffrir jusqu'à la fin du monde, ces mois qui paraissent une éternité, cet élan pour aller vers le ciel, et cette main qui repousse l'âme vers l'abîme, sont autant d'idées battues et que nous avons entendu développer mille fois. Où trouver une révélation dans des images si communes, si populaires ?

— L'auteur avoue lui-même qu'il n'y a rien de surnaturel dans l'indication que fait l'âme des trois péchés nationaux qui ont valu à la France de si terribles châtiments (p. 36, 37). Il donne en effet, à la suite de ladite révélation, le passage du mandement de Mgr Dechamps, où les mêmes désordres sont signalés et fustigés de main de maître.

4° Nous ne nous étendons pas davantage sur ces divers points que nous avons annotés. Car l'importance de l'examen est surtout dans les considérations qui vont suivre. Si, en effet, la doctrine renfermée aux *apparitions* s'écarte sensiblement de celle de l'école et des opinions admises communément par les théologiens, ce sera un motif suffisant, quelle que soit d'ailleurs la relation du fait, pour n'y ajouter aucune créance. Voyons donc ce qu'il faut penser à ce sujet.

— « Quand la religieuse voit son père à la même place (p. 16), rien n'est capable de la faire sortir de son extase (p. 18). » Rien, pas même l'ordre de ses supérieures ! Or, nous nous demandons si l'extase doit être attribuée à un principe bon, divin, quand elle persiste contre l'obéissance due aux supérieurs. Assurément, les saints nous ont donné des exemples tout à fait opposés à celui-ci.

— Elle se demande *intérieurement* (p. 17), et le père répond à *sa pensée*. Cette connaissance des pensées les plus secrètes attribuée ici à l'âme souffrante, *comme étant selon l'ordre*

*ordinaire*, et en rapport avec l'état habituel de ces âmes, ne peut être admise. Elle est nécessairement miraculeuse. Si, en effet, selon l'enseignement des théologiens, les saints sont instruits des choses qui se passent sur la terre et qui sont de nature à les intéresser, c'est une récompense qui leur est accordée par suite de la vision béatifique. Quant aux âmes du purgatoire, il n'est que probable qu'elles connaissent les demandes que nous leur adressons, même par l'intermédiaire de l'Ange gardien. Il ne faut donc pas leur attribuer la connaissance d'une foule de détails de l'une et l'autre vie, ni surtout la connaissance des pensées cachées dans les replis du cœur humain [1].

— La religieuse fait observer à son père qu'on a célébré pour lui de nombreuses messes. Il répond : « Cela ne suffit « pas : il me faut des chemins de la croix, des chemins de la « croix (p. 18). »

Certes nous n'irons pas jusqu'à prétendre qu'on ne puisse donner à ces paroles une interprétation plus ou moins satisfaisante : il faut cependant convenir que ce langage semble peu s'accorder avec la doctrine du Concile de Trente, qui enseigne (sess. XXV, *De Purgat.*) que les âmes des trépassés reçoivent leur plus grand secours du sacrifice de la messe. « Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, *potissimum* vero acceptabili *altaris sacrificio juvari.* »

— L'âme dit à sa fille qu'elle n'est pas seule dans les flammes qu'elle aperçoit, mais « nous sommes ici plusieurs centaines (p. 22). » Les théologiens admettent qu'une âme fasse son purgatoire dans un lieu particulier, pour des motifs qui lui sont personnels. Mais n'est-il pas étrange que des centaines d'âmes accompagnent l'âme manifestée dans la chambre de

(1) Dans un prochain numéro nous publierons un article spécial sur ce point.

la religieuse, et qu'elles s'y montrent dans les flammes? Prétendre que les flammes du purgatoire s'élèvent jusqu'à la cellule du monastère, serait d'autre part greffer une difficulté sur une autre et s'exposer à ne pouvoir en sentir honorablement.

— « J'étais condamné à plusieurs années, mais la sainte Vierge m'a obtenu de n'avoir que quelques mois (p. 24). » Le mode indicatif est ici employé, et non le conditionnel. Est-il possible que la sentence eût été portée, et que l'intervention de la sainte Vierge l'eût fait modifier ? Cela ne s'accorde guère avec l'idée que nous nous formons de l'irrévocabilité des jugements de Dieu, après la vie.

— L'âme rapporte (page 28) deux faits qui, selon les règles tracées par les théologiens mystiques, sont propres à ébranler la croyance en l'apparition. D'un côté, nous lisons qu'un homme qui vivait loin de la pratique de ses devoirs, et mort presque subitement, est sauvé, moyennant vingt ans de purgatoire. D'un autre côté, une *petite fille de huit ans* a été condamnée à seize ans de la même peine. Le premier fait ne donnera-t-il pas naissance à la présomption, et le second ne fera-t-il pas trouver bien sévère la justice de Dieu envers une enfant? Nous avouons que tout cela est possible; mais la raison est-elle satisfaite ?

— Encore une doctrine qu'il nous répugne d'accepter (page 31), savoir, « que les âmes souffrent en pensant aux péchés qui se commettent journellement ici-bas, surtout dans leur famille, et que c'est même un de leurs châtiments. » Elles sont donc instruites des péchés que commettent leurs enfants encore vivants ? Or, n'est-ce pas là attribuer à des âmes, qui ne jouissent pas de la vision béatifique, un privilége qui n'appartient pas, du moins certainement, aux âmes des bienheureux ?

De plus il est difficile d'accorder ces règles de châtiment avec l'idée que nous avons de la justice qui préside aux peines qu'endurent les âmes souffrantes. Ces âmes souffrent, en effet, pour leurs péchés propres, personnels, elles expient ce qu'elles ont commis de mal, ou par elles-mêmes, ou par leur coopération : est-il équitable qu'un nouveau surcroît leur soit infligé pour les fautes de leurs parents dont elles ne sont pas responsables ? Si vous prétendez que cette peine n'est pas un surcroît, mais qu'elle entre seulement dans la distribution générale des souffrances auxquelles chaque âme est condamnée, vous devez aussi soutenir qu'il y aura à tout instant une variation dans la peine propre et personnelle, pour compenser l'addition de la peine provenant des fautes d'autrui. Tout cela, comme on voit, conduit fort loin, et ne paraît guère acceptable.

— L'âme parle de son jugement. Là elle vit Dieu dans toute sa beauté, N. S. J. C. dans son humanité sainte, la sainte Vierge et même saint Joseph (p. 32). Si elle a vu Dieu dans toute sa beauté, elle a donc joui de la vision béatifique ! Pourquoi Dieu, et N. S. ? Le fils de l'homme à qui tout jugement a été remis, ne suffit-il pas ? Que faisait saint Joseph, puisque c'est la sainte Vierge qui a obtenu une réduction de peine (p. 24) ?

— D'où viennent les trois actes de charité que l'on fait en Purgatoire (p. 39) ? Ne viennent-ils pas originairement de la terre ? Car ce ne sont pas *des actes*, des affirmations, des protestations ; mais des demandes, des prières. Par le premier de ces actes, les âmes du purgatoire demandent d'avoir un amour égal à celui dont brûlent les Séraphins. Par le second, un amour égal à celui de la sainte Vierge. Et par le troisième, elles demandent d'aimer Dieu comme il s'aime lui-même.

Il y a là une difficulté sérieuse. Les âmes du purgatoire ne sont plus *in via*, elles ne peuvent plus mériter ni grandir en amour de Dieu. Or est-il possible qu'elles demandent un

accroissement d'amour, sachant bien qu'elles ne peuvent l'obtenir ? Ne serait-ce pas là un acte inutile, stérile, qui n'est pas à supposer dans les âmes confirmées en grâce ? Aussi ne serions-nous pas étonné de découvrir, l'un ou l'autre jour, ces trois formules d'actes de charité, dans un recueil de prières choisies, à l'usage des fidèles.

Après avoir vu son Père dans la gloire (p. 42), « sœur M. S. « acquiert une certitude invincible de n'avoir pas été en « butte à l'illusion des sens. » Certitude est beaucoup, mais la certitude *invincible* est-elle possible dans ces sortes de matières ? Et si elle existe, si rien au monde ne peut arriver à inspirer des doutes sur la réalité des apparitions, n'y a-t-il pas lieu de faire soupçonner l'hallucination du sujet ? Cette invincible certitude ne nous revient pas mieux que l'extase dont rien ne peut faire sortir.

— « Sœur M. S. s'était offerte en victime. Ce désir de sacrifice fut bientôt exaucé (p. 43). » N'oublions pas que la religieuse dont il est ici question avait fait sa profession depuis peu, et que dans l'acte même de son oblation, ainsi que le dit son père, elle s'était offerte en victime pour la France et pour l'Eglise.

A part une grande sainteté jointe à une inspiration particulière de Dieu, un tel acte, s'il n'est excusé par une grande simplicité, ne paraîtra-t-il à plusieurs dénoter un orgueil bien caractérisé? Être une victime agréée de Dieu pour éloigner, ou du moins retarder les maux dont la justice infinie devait frapper une grande nation, bien plus, l'Eglise entière ; n'est-ce pas être appelée à la destinée la plus honorable, la plus enviable à laquelle un être humain puisse prétendre ? N'est-ce pas en quelque sorte participer au titre et à la gloire de rédempteur? N'est-ce pas un acte d'une prétention incroyable ? Ne semble-t-il pas pour que cet acte soit louable, qu'il doive provenir

d'une inspiration de Dieu, ou qu'il ne sera excusé que pour la grande simplicité et bonne foi du sujet?

Nous sommes donc loin d'approuver l'auteur qui revient là-dessus à plusieurs reprises.

Tels sont les points que nous avons trouvés peu en harmonie avec la doctrine des théologiens, comme on pourra mieux s'en convaincre en lisant les notes qui vont suivre.

Nous ne nous arrêterons pas à signaler les exagérations propres à l'écrivain,telles que l'Eglise pleurant sur la tombe de ses enfants, les vivants et les morts (p. 3), les défenseurs de Rome mêlant leur sang à celui d'un Pontife (p. 6), le comble mis aux mérites de la religieuse, par les apparitions prophétiques (p. 44), et le nom de prédestinée *Marie-Angèle*, qui lui avait été donné sur les fonts baptismaux (p. 44). Il nous suffit d'avoir indiqué les points qui touchent au fond de la relation et qui présentent des difficultés historiques ou théologiques.

Rappelons en terminant que l'auteur manifeste le dessein d'écrire un jour *la relation historique et théologique* de l'apparition.

Nous lui souhaitons bon courage et nous l'engageons vivement à examiner de près les impossibilités ou mieux les improbabilités dont quelques-unes ont été relevées ici.

Nous ne désirons qu'une chose, savoir que la vérité de l'apparition, prophétique ou non, soit établie sur des preuves suffisantes, et que la relation, de tous points véridique, ne soulève aucune critique sous quelque point de vue qu'on la considère.

NOTES.

Dans la note I, nous donnons deux extraits sur les apparitions des âmes des trépassés. Le premier a été emprunté à la *Théologie mystique* du P. Séraphin, Passioniste, ouvrage des plus remarquables, et dont nous rendrons bientôt un compte détaillé. Le second a été puisé dans un livre peu connu dans ce pays, et qui est dû au P. Brognoli, religieux de Bergame.

Dans la note II, nous avons rapporté la doctrine des théologiens Mastrius, Suarez, Collet, sur l'état des âmes dans le purgatoire, et sur le jugement particulier.

Dans la note III, il s'agit de la connaissance que possèdent les Bienheureux des choses qui se passent sur la terre.

Enfin dans la IV, nous parlons de l'effet du sacrifice de la Messe, et des indulgences, pour la remise de la peine du purgatoire. Nos extraits sont dus à Giribaldi, théologien fort estimé de Benoît XIV, à Mastrius et Bouvier.

---

## I.

P. SERAPHIN, *Théologie mystique*, num. 359, note.

Les âmes du purgatoire apparaissent de deux manières, d'après les observations qui ont été faites. D'abord par des signes au moyen desquels elles font sentir leur présence : par exemple, par des coups et des gémissements, par des éternûments ou par une respiration plus ou moins haletante, ou bien encore paraissant sous la forme d'une lumière, du feu, d'une flamme, d'une ombre, d'une nuée, etc., et tout cela avant de se faire connaître. D'autres fois elles se montrent sous la figure humaine, dans le but immédiat de se faire connaître, sans qu'aucun signe ait précédé. Dans ce second cas, tantôt elles se présentent aux yeux des vivants avec toute l'apparence de la douleur, et même entourées de flammes de toutes parts, tantôt elles se montrent sombres et tristes en habits de deuil, faisant entendre des gémissements et des soupirs ; tantôt elles apparaissent sous la même forme et avec les mêmes habits que leurs corps portaient pendant leur vie où après leur mort, donnant toujours des signes d'affliction. Elles se montrent plus ou moins tristes selon qu'elles ont plus ou moins à souffrir. Quand les apparitions commencent, elles causent du trouble et de la crainte dans celui qui en est témoin : puis peu à peu ce trouble et cette crainte se changent en compassion pour les peines que ces âmes endurent.

Elles apparaissent parfois d'une manière plus spirituelle. Joseph Lopez en parle au long dans sa *Lucerna mystica*. Voici en résumé ce qu'il dit. Il s'élève parfois dans quelque âme pieuse le

souvenir de quelque défunt, mais si vif et si profond, qu'elle ne peut l'écarter par aucun moyen. Ou bien il arrive que cette âme pieuse sent et sait avec certitude qu'elle est toujours accompagnée de quelqu'un, sans savoir qui c'est. Souvent encore il arrive que les âmes souffrantes se font connaître, ou, pour mieux dire, que Dieu les fait connaître au moyen d'une perception purement intellectuelle, mais claire et certaine, du misérable état où elles se trouvent, afin d'obtenir des prières, des messes et d'autres suffrages. Quand les âmes ont la permission d'apparaître, elles demandent ordinairement du soulagement, et il ne faut pas être avare à leur égard.

Il y a un cas dans ces apparitions, dans lequel le directeur doit être sur ses gardes. C'est celui où un pécheur qui, après avoir mené une vie scandaleuse et être mort à l'improviste ou autrement, sans donner aucun signe de repentir, apparaît à quelqu'un en lui disant qu'il est sauvé et qu'il est en purgatoire. Le directeur ne doit pas croire trop facilement à ces sortes d'apparitions, car elles pourraient provenir du démon qui cherche par là à accréditer la mort des pécheurs impénitents, afin que d'autres chrétiens, qui vivent mal, conçoivent l'espoir mal fondé de bien mourir, tout en persévérant dans le péché. Les apparitions de ce genre sont fort suspectes et en général on ne doit en faire aucun cas. Il n'est pas défendu cependant à la personne qui l'aurait eue, de prier pour l'infortuné qui a apparu, quoiqu'il en soit de son sort éternel. La personne doit pourtant tenir secrète cette apparition. Quand celui dont l'âme apparaît n'a pas de si mauvaises notes, on peut croire qu'il est réellement en purgatoire. Si l'âme qui apparaît demande des prières à offrir personnellement par celui à qui elle apparaît, celui-ci doit les exécuter. Si elle impose des choses à exécuter par d'autres, ou des commissions à faire de sa part, le directeur doit se régler avec la plus grande prudence dans la détermination qu'il prendra, car la chose est très-délicate et de nature à produire de grands inconvénients. Si, après mûr examen, il juge l'apparition vraie, et la commission telle qu'il en résulte la gloire de Dieu, il peut accorder au pénitent la permission de la faire connaître à une troisième personne probe, prudente et vertueuse,

sans se faire connaître lui-même, mais il faut procéder avec beaucoup de précaution. C'est l'avis que donnent sur ce point Joseph Lopez et le P. Scaramelli, et généralement tous les docteurs mystiques.

P. Candid. Brognoli, *Alexicacon*, seu *De maleficiis*, tome I, Disp. 2, num. 360.

Nec putes ita in iis receptaculis animas detineri, ut numquam ad nos redire liceat. Certissimum est enim eas aliquando educi. Nam etsi secundum legem ordinariam neque ad nos exeant, neque ullum habeant nobiscum commercium ; tamen secundum divinam permissionem et dispensationem extraordinariam, nihil vetat quominus ad nos revertantur, ut docet Augustinus, lib. *de cura pro mortuis*... Hoc decet divinam permittere majestatem. Illæ namque apparitiones ostendunt divinæ potentiæ amplitudinem, quæ non solum vivis, sed etiam mortuis dominatur : ineffabilem divinæ providentiæ ordinem, quæ rebus nostris per parentes, amicos et notos varia dantes monita consulit : tremendæ justitiæ rigorem, quæ loca varia assignavit ubi sontes indesinenter cruciantur, expiantur leviorum culparum rei, justi æterna beatitudine donantur... Mandata Dei ad nos perferunt, rationem vitæ observandam edocent, mala cervicibus impendentia repellunt, sanitatem restituunt, aut modum assignant quo deperdita temperari possunt. Denique suis apparitionibus fidem nostram fulciunt, ut credamus dari Paradisum, Purgatorium, Infernum ; animas de suo statu post mortem esse securas et nostro bono sollicitas : nosque suis precibus juvare apud Altissimum : et orationibus, jejuniis et eleemosynis nostris juvari ; et alia id generis dogmata quæ egregie ministrantur dum ad nos redire permittuntur, ut bene admonet Petrus Thyræus, lib. 1, *De apparit. spirit.* n. 362. Neque est denegandum quin sæpe dæmones permittente Deo hominibus appareant, fingentes se esse animas defunctorum, puta animam alicujus scelerati hominis ; vel ut inducant homines in hæresim, vel ut se aspicientes homines errore aliquo decipiant ; puta animam alicujus maximi peccatoris qui absque peccatorum confessione, vel ullo doloris ac contritionis actu interno et externo

signo, e vivis ad mortuos migravit, esse in tuto salvationis loco viventibus persuadeant; sic mortuos in peccato mortali pœna gehennæ æterna non puniri credant... vel si mortui sunt sancti divina jam beatitudine perfruentes, eos infament dicentes magnos in purgatorio pro delictis suis sustinere cruciatus. Ita erudite docet Augustinus, Chrysost., D. Thom., Sanchez, Sylvester, Victoria, Sotus, Cirvelo, Pedraza, Delrius, et St. Fagundez.

Et quamvis bona consulant, petantque suffragia fieri aut aliquid restitui, efficiunt gratia postea facilius decipiendi, ut bene docent Pedraza, Victoria et Thyræus.

Ex his autem apparitionibus mali a bonis spiritibus dignoscuntur. Neque enim boni judicandi sunt: *a*) aut quia forma se exhibent pulchra et amabili, cum dæmones se transfigurent in angelos lucis, et sanctorum formas assumant. *b*) Aut quia bona consulunt vel expetunt, his enim technis suam malitiam contegunt. *c*) Aut quia in locis sacris conspiciuntur: *astant enim inter filios Dei* (Job. I). *d*) Aut quia plena luce apparent, cum sint dæmones meridiani homines infestantes. *e*) Aut quia bonis et sanctis viris se manifestant: quoties enim iis artibus eos deludere tentarunt? ...Ideoque magna cautela in talibus utendum est. Nam absque particulari dono Dei nemo potest in iis esse tutus; cum discretio spirituum sit gratuita Dei gratia.

Non sunt ergo petendæ hujusmodi apparitiones, quia sufficit nobis doctrina sacræ Scripturæ et sanctæ matris Ecclesiæ, qua contenti esse debemus: quia in apparitionibus plus periculi quam commodi esse potest. Unde si quandoque eveniant, ne error capiat, de illis docti æque ac pii viri consulendi sunt. In iis namque consultoribus doctrina pietati debet accedere, ne omnia vel rejiciantur, vel recipiantur. Quia doctus impius omnia rejicit, cum nemini credat nisi sibi ipsi. Pius ignorans omnia recipit, quia omnia credit. Sit ergo consultor doctus pariter et pius, ut circa apparitiones certum judicium ferre possit.

365. Cum autem animæ Purgatorii ergastulo deducuntur, quomodo appareant, an vere per seipsas, an repræsentative per angelos et dæmones non facile est definire...

Quod si apparent ipsæmet animæ, cum puri sint spiritus ab omni

quantitate visibili remoti, necesse est vel propria resumere corpora, vel assumere aliena. At illud non fieri probatur experientia, cum ejusmodi spirituum apparentium corpora, tempore apparitionis, e sepulchris non eruantur... unde corpora aliena sumere fatendum est.

Sed quomodo ? An apparentia solum, seu imaginaria ac phantastica? An elementaria et realia? Certe utrumque præstare possunt, si sequi volumus, ut fas est, mentem subtilissimi Scoti cum suis asseclis... Verum ex sententia aliorum, nempe Dominici a Soto, Suarez, in 3, quæst. 45, disp. 32, sect. 2, et Peltani, de *Purgatorio,* cap. 5, videtur eam non posse vi propria talia corpora extrinseca movere. Nam caret organis corporeis quæ illi ad movendum corpus erant necessaria quando erat in corpore : neque tantam habet scientiam et potestatem quantam angeli et dæmones qui sibi aerea corpora fingunt, cum opus est. Quare cum non possint animæ, ex horum DD. mente, sua vi propria aut aliena assumere corpora, dicendum est illa corpora in quibus apparent, vel ope divina, vel angelica, vel diabolica efformari...

Quando apparent, non ad nos redeunt ut sint tales quales cernuntur, sed ut hisce corporibus quasi notis se agnoscendos præbeant. Ad illud autem corpus effictum sufficit quod in eo appareat forma qua ab aliis quibuscumque distinguitur ille qui apparet, et ii, quibus apparet, in ipsius notitiam perveniant...

## II.

MASTRIUS, *de* PURGATORIO : *Theologia moralis,* Disp. XXIV, n. 9.

Communis sententia theologorum est, Purgatorium loquendo secundum legem communem et ordinariam Dei esse in ipsis terræ visceribus et inferno conjunctum : loquendo vero secundum legem particularem seu dispositionem divinam, interdum aliquas animas in aliquo particulari loco purgari, vel quia in iis peccaverint, vel etiam ad instructionem et terrorem vivorum. Ita D. Thomas et D. Bonaventura.

32. An pœnæ Purgatorii semper durent in eadem intensione, vel paulatim minuantur? Pro faciliori hujus difficultatis solutione

cum distinctione procedi debet. Vel enim sermo est de pœna damni, quæ consistit in tristitia carentiam beatitudinis connaturaliter consequente, vel de pœna sensus quæ ab agente extrinseco corporeo infligitur, nempe ab igne. Si de prima pœna sit sermo, valde probabile est semper diminui, nec in eadem intensione durare ; et ratio est evidens, quia objectum hujus tristitiæ semper continuo fit minus, quatenus semper magis et magis approximatur tempus, quo anima ad cœlum transire debet et beatificari... At si loquamur de pœna sensus, non ita absolute discurrere possumus... cum sit res nobis occultissima, et solum ex quibusdam levibus conjecturis aliquid deducatur.

37. Ex D. Bonaventuræ doctrina, ut satis probabile deducitur animas judicari in ipso loco in quo a corporibus decedunt... Rursus probabile est, ut dicunt Suarez, Valentia, Coninchius et plures alii, hoc judicium a Christo homine fieri, juxta illud Joannis V. *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit filio;...* et probabilius etiam est, ut præfati DD. advertunt, animas judicandas Christum esse visuras in humana forma sibi apparentem, ut ait Innocentius III, l. 2, *de contemptu mundi*, cap. 43.

40. Communis Patrum et theologorum consensus est animas illas non posse mereri, nec demereri, sed instanti mortis et separationis a corpore, confirmari in gratia et in bono, ita ut non possint amplius peccare, et hoc expresse colligitur ex Sacra Scriptura tam in veteri quam in novo testamento... In his itaque et pluribus aliis Scripturæ locis universaliter habetur post hanc vitam non esse amplius tempus operandi, quæ verba cum omnis bonæ operationis sint exclusiva, quæ juvet ad vitam æternam et pœnæ temporalis remissionem, consequenter dicendum est neque de condigno, neque etiam de congruo, ut quidam putant, animas in Purgatorio aliquid mereri posse in ordine ad propriam salutem.

42. Quæritur an animæ illæ saltem possint pro nobis orare, et aliquid nobis de congruo mereri vel impetrare? Prima sententia negat, et ratio est, quia animæ illæ non sunt in statu orandi pro aliis, et aliquid impetrandi : sed potius in statu ut oretur pro illis, quam ut ipsæ orent pro aliis : sunt enim debitrices et in carcere propter debita propria. Confirmatur ; quia cum adhuc non

sint in statu gloriæ, nec Deum videant, cognoscere non possunt quæ nos hic facimus aut cogitamus, nec quibus indigemus; nam, ut ait D. Augustinus, mortui ignorant quæ nos hic agimus, frustra orarentur a nobis cum nostras orationes cognoscere nequeunt.

Secunda sententia affirmat, et ratio est, quia animæ illæ sunt sanctæ et Deo charæ... Cum igitur nos ex charitate diligant, et nostri recordentur, et saltem generaliter ea pericula cognoscant, inq uibus nos viatores constituti sumus in hac lacrymarum valle, et quantum divina ope et auxilio indigeamus ad illa evitanda nulla videtur repugnantia, quin pro nobis amicis suis et benefactoribus orare possint. Confirmatur, quia Patres, qui erant in sinu Abrahæ, orabant pro viventibus et pro sancta civitate, ut de Onia et Hieremia refertur (2 Mach. cap. ult.). Neque irrationabile, est sanctos Angelos interdum aliqua animabus illis revelare, quæ hic fiunt a viventibus earum amicis, vel alio titulo conjunctis, ut sciant a nobis pro illis orari, ideoque et ipsi vicissim pro nobis orent... Ita Bellarminus, Valentia, Suarez et plures alii, qui tamen omnes fatentur, quod licet hæc omnia sint probabilia et satis pie credi possint : quia tamen non sunt omnino certa, primam opinionem sua probabilitate non carere. Et addit Faber, quod licet nullum sit inconveniens animas illas aliquando orare pro nobis, non tamen hoc passim facere posse, nec ratione illius status id sibi competere. Ita etiam discurrit Astesanus.

Suarez, *Tom.* IV *in* 3 *p.*, Disp. XLVII, Sect. II, n. 9.

Neque etiam est incredibile sanctos Angelos aliqua revelare illis animabus, quæ hic fiunt a viventibus amicis, vel alio titulo conjunctis, vel propter aliquod earum solatium, vel ut etiam in particulari pro nobis orent, vel ut sciant a nobis pro illis orari. Quæ quidem omnia probabilia sunt, sed incerta : et ideo D. Thomæ opinio contemnenda non est, licet alia satis pia sit et verisimilis. Præsertim quia D. Thomas nec constanter, nec absolute oppositum docet, sed comparative ait magis esse in statu, in quo pro eis oretur, quam orandi. Unde practice non dubito quin honeste possint a nobis orari animæ illæ, et quod possimus etiam fructum aliquem talium orationum media illarum intercessione sperare.

COLLET, *Theologia moralis*, tom. II, p. 49.

Ideo censent adversarii animas illas pro nobis orare non posse, quia orationum nostrarum notitiam non habent : atqui hæc ratio nulla est. 1° Quia fieri potest ut orationes viventium manifestentur defunctis, sive per Angelos eorum custodes, sive per nostros; cum hoc angelicæ custodiæ consentaneum sit. 2° Quia etsi defuncti nostras orationes non haberent compertas, sufficeret ut Deus vel Angeli, qui eas norunt, ipsos moverent ad orandum pro nobis... Et vero an non possunt saltem generatim orare pro Ecclesia militante, pro amicis suis si adhuc sint in via, pro iis quorum suffragiis juvantur ?

## III.

MASTRIUS, *Theol. mor.*, Disp. XXV. 5·n.2.

Conveniunt præterea theologi Beatos de facto videre in Verbo, hoc est in essentia divina, quæcumque pertinent ad statum cujuscumque beatificum, id est ea quæ ad ipsos pertinent, vel ratione personæ aut status, dignitatis, officii, vel aliquo alio titulo. Ita D. Thomas, lib. III, contra gentes, cap. 59 ; D. Bonaventura, in IV, dist. 45, part. 3 ; Scotus, *ibid.* quæst. 4, litt. H, et alii scholastici ibidem. Qui etiam unanimiter dicunt ad statum singulorum beatorum ea spectare, quæ ita eorum curæ et diligentiæ sunt commissa, ut ipsis ea gubernare incumbat ; unde Angelis Custodibus ea omnia nota esse debent, quæ ad homines spectant, quos singuli regunt, ut suum ministerium perfecte et cum omni diligentia exequi possint. Item ad statum cujuscumque beati omnia illa pertinere, quæ, dum talis beatus erat in via, speciali modo ab ipsis instituta fuere, vel eorum gubernationi erant subjecta ; quia nimirum deinceps etiam in statu beatitudinis earumdem rerum cura ipsi convenit. Et exemplum afferri solet de patre familias quantum ad ea quæ deinceps in domo sua contingunt ; nam ratione talis curæ spectat ad ipsum cognoscere filios, consanguineos et amicos, et alia hujusmodi, ut in casu necessitatis a Deo impetrare possit quæcumque opportuna sunt pro bono domus et

familiæ regimine ; et similiter discurri solet de fundatore alicujus Ordinis, quoad ea, quæ tractu temporis in eo Ordine eveniunt. Item ad statum cujuscumque beati pertinere dicuntur quæ ad ipsum spectant dum existit in patria, qualia sunt cultus et honor, vota et preces quæ diriguntur ad ipsum a viatoribus... Id ratione suaderi potest evidenti, quia beatus est, qui habet quicquid vult, et nihil mali vult (ex D. Augustino) ; sed verisimile est quod beati velint videre in Deo quæ ad suum statum pertinent, dignitatem, officium, etc. quæ in vita habuerunt ut Religionum institutores, Patres familias, ut sciant quæ in religione fiunt, quid a filiis, amicis, consanguineis, etc., et hoc velle malum non est: ergo probabile est quod ista videre a Deo petant, et de facto videant, ut ad suum statum pertinentia.

SUAREZ, *tom.* IV *in* 3 *p.,* Disp. XLVI, sect. IV, n. 11.

Quamquam enim verum sit ordinarie illas apparitiones esse animarum, quæ ex dispensatione divina dicuntur purgari in aliquo hujus mundi loco ; tamen, sicut hoc dispensatorie fit, ita nihil vetat et illud fieri.... Solum est advertendum, quando hæc dispensatio fit, pœnam non interrumpi, ut in eisdem visionibus ostensum est, et ratio postulat : quia talis intermissio earum potius pœnam augeret, tempus beatitudinis amplius differendo ; neque est necessaria, quia ignis ille sicut in hoc aere cruciat dæmones, ita etiam illas animas torquere ac continue purgare potest.

## IV.

GIRIBALDI, *Universa moralis Theologia* , tom. II, Tract. V, cap. 2, n. 26,

Dubitatur an hoc sacrificium prosit animabus Purgatorii ex infallibili lege et promissione Christi?

Negant Sotus, Cano et alii volentes illis prodesse solum ex liberalitate et gratuita voluntate Dei, et ideo non infallibiliter. Ratio est, quia indulgentiæ tantum hoc modo prosunt defunctis ; ergo etiam sacrificium.

Sed probabilius est illis prodesse ex infallibili lege et promissione Christi... Patet etiam ex diversitate quæ intercedit inter

applicationem sacrificii et applicationem indulgentiarum pro animabus Purgatorii. Nam indulgentiæ applicantur per modum suffragii a Pontifice, sub cujus jurisdictione illæ non amplius sunt. At missa offertur a sacerdote in persona Christi, cui omnes animæ sunt subjectæ; idemque Christus, qui offert pro vivis, offert etiam pro defunctis, et pro utrisque semper Christus exauditur pro sua reverentia, ut tradunt Suarez, Navarr., Fag. etc.

Ad III. Ne pourrait-on pas dire : *quod abundat non vitiat ?* L'aspersion du peuple, à la suite des offices, n'est prescrite nulle part sans doute,ni après les vêpres,ni après la messe,mais n'a-t-elle pas une grande utilité dans nos contrées, où tous ont l'habitude de prendre de l'eau bénite en sortant de l'église? Quand la foule sort pressée de l'office, remplissant toute la largeur de la nef ou du portail, il est bien difficile d'arriver aux bénitiers, et les fidèles se trouvent dans la presque impossibilité de satisfaire leur dévotion. Quel mal y a-t-il à ce qu'un prêtre leur vienne en aide en jetant de l'eau bénite ? Nous ne voyons en cela rien que de louable.

Le motif étant le même après des obsèques, l'aspersion d'eau bénite ne paraît pas non plus répréhensible.

Ad IV. Voici ce qu'écrit Mgr De Conny concernant le signe de croix dont parle Romsée [2] : « La rubrique du Missel, en décrivant l'absoute qui se fait en l'absence du corps, prescrit

(1) *De antiquis Eccles. ritibus,* lib IV, cap. 24, n 20.
(2) *Ceremonial romain.* 3e édit., pag. 404.

au célébrant de faire avec la main un signe de croix sur le catafalque, en disant le *Requiem æternam* qui suit l'oraison finale, et de laisser dire aux chantres le *Requiescat in pace.* » Bien que le Rituel n'en dise rien, Cavalieri croit que l'analogie du cas doit faire accepter pour les enterrements ces deux règles.

« Mais Bauldry, se tenant à la lettre du Rituel, n'admet pas que le célébrant fasse sur le cercueil le signe de croix à *Requiem æternam* (au cimetière), et il veut que ce soit lui qui dise *Requiescat in pace.* Entre ces deux graves autorités nous n'oserions décider, et nous préférons constater la liberté pour chacun de suivre l'opinion qui lui agréera davantage.

Martinucci, maître des cérémonies apostoliques, adopte l'opinion de Cavalieri [1] « Celebrans, *dit-il*, responso a choro *Amen* post orationem prædictam (*Fac quæsumus*), elevabit dexteram, et crucis signum faciens versus cadaver, dicet *Requiem æternam, etc.* Cantores cantabunt *Requiescat in pace.* » De même dans l'absoute, qui se fait en l'absence du corps, il veut que le célébrant [2] « attollat manum dexteram versus tumulum, et cantans *Requiem æternam*, crucis signum faciat versus illum. »

Quant à la doctrine de Romsée qu'il ne faut l'encensoir que pour l'enterrement d'un enfant, ou la bénédiction d'un caveau, elle est parfaitement exacte et conforme au Rituel romain [3].

Ad V. Cette préférence que notre abonné accorde aux Laudes sur un nocturne nous paraît plutôt opposée que conforme au Rituel romain, où nous lisons [4] que, si le temps manque pour réciter tout l'office des morts, « dicatur saltem primum

(1) *Manuale sacre cærem.* lib. iv, pag. 41. (2) *Ibid.* pag. 59.
(3) *De exequiis;* tit. iv, cap. 3, num. 12, et cap. 7, n. 3.
(4) *Ibid.* cap. 3, n. 16.

nocturnum cum laudibus, vel etiam sine laudibus, maxime ubi viget ejusmodi consuetudo. »

A propos du doute qui nous est actuellement soumis, n'omettons pas de signaler une opinion nouvelle, et qui paraîtra exorbitante, d'un auteur qui est en grand renom à Rome, le P. Martinucci, maître des cérémonies apostoliques. Selon lui [1], l'office des morts, qui précède la messe des funérailles, doit commencer *aux vêpres*, ensuite on chante, ou l'on psalmodie les trois nocturnes avec les Laudes. Il ajoute en note : « Non est mirandum, si defendimus officium defunctorum incipiendum esse a vesperis. In hoc officio non est vesperis statuta hora, idque eruitur a Cæremoniali Episcoporum, lib. II, cap. 38, num. 16; ubi jubetur recitari pro Episcopo defuncto officium mortuorum, initium sumendo a vesperis. Idque est notandum, quod hoc officium recitatur mane. Etiam Romæ in exequiis Cardinalium, pro cantu officii defunctorum mane quo expositum prostat cadaver, vesperarum recitatione principium fit officii. »

Nous aurions plusieurs réponses à donner à cette remarque. Qu'il nous suffise de dire que le *Cérémonial des Evêques* est fait pour les prélats, tandis que, pour les simples fidèles, il faut suivre le Rituel. Or le Rituel romain *exclut formellement les vêpres des morts.* Si rien ne s'oppose, porte-t-il [2], on dira l'office des morts avec trois nocturnes et laudes, « et duo ex clero incipiant absolute invitatorium *Regem cui omnia vivunt*, et repetitur a choro... et duplicantur antiphonæ. » Or il est évident que si les chantres doivent entonner de suite l'invitation, il n'y a pas de place pour les vêpres. On doit donc abandonner sur ce point l'enseignement de Martinucci, et réserver les vêpres pour les funérailles des Evêques et des Cardinaux.

(1) *Loc. cit.* lib. IV, pag. 45. (2) Titul. *Exequiarum Ordo.*

# ACTES DU SAINT SIÉGE.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII PAPÆ IX EPISTOLA ENCYCLICA AD S. R. E. CARDINALES, ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS IMPERII AUSTRIACI.

*Dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus et venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis Imperii Austriaci.*

PIUS PP. IX.

Dilecti filii Nostri et Venerabiles Fratres
Salutem et apostolicam benedictionem.

Vix dum a Nobis catholico orbi denuntiata fuerat per litteras datas die 24 novembris, anno superiori, persecutio immanis contra Ecclesiam Dei, in Borussia et Helvetia præsertim, excitata; quum nova mœrori Nostro accessit sollicitudo ex allatis nunciis de aliis injuriis impendentibus eidem Ecclesiæ, quæ Sponso divino similis effecta, jam et ipsa conqueri potest ea prophetica voce : « Super dolorem vulnerum meorum addiderunt[1]. » Quibus injuriis eo gravius angimur, quod a Gubernio irrogentur Austriacæ Nationis, quæ jampridem maximis Christianæ reipublicæ temporibus huic Sedi Apostolicæ conjunctissima pro Catholica fide strenue decertavit.

Equidem jam aliquot ab hinc annis quædam in isto Imperio latæ sunt leges et ordinationes sanctissimis Ecclesiæ juribus et solemnibus pactis conventis plane adversæ, quas in Nostra allocutione ad Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales habita

(1) Psalm. 68, v. 27.

die 22 junii anno 1868 condemnare et irritas declarare pro officii Nostri munere debuimus. Nunc vero publicis Imperii Comitiis expendendæ et approbandæ proponuntur novæ leges, quæ eo manifeste spectant, ut catholica Ecclesia in perniciosissimam servitutem, sub arbitrio civilis auctoritatis, omnino redigatur.

Humani enim generis Creator et Redemptor Ecclesiam fundavit tanquam visibile suum in terris regnum, non modo supernaturali charismate infallibilis magisterii ad sacram doctrinam tradendam, et sanctissimi sacerdotii ad divinum cultum animarumque sanctificationem sacrificio et sacramentis promovendam, verum etiam propria et plena regiminis potestate instructum ad ferendas leges, ad judicia exercenda, ad salubrem coercitionem adhibendam in rebus omnibus quæ ad proprium finem regni Dei in terris pertineant.

Quoniam vero supernaturalis hæc regiminis ecclesiastici potestas, ex ipsa Jesu Christi institutione, diversa prorsus est atque independens ab imperio politico; idcirco ipsum regnum Dei in terris regnum est societatis perfectæ, quod continetur et gubernatur suis legibus, suis juribus, suis præpositis, qui pervigilant quasi rationem pro animabus reddituri non civilis societatis rectoribus, sed principi pastorum Jesu Christo, a quo dati sunt pastores, et doctores nulli terrenæ potestati in obeundo ministerio salutis obnoxii [1]. Quare sicut ad sacros Antistites munus regendi, ita ad omnes fideles, monente Apostolo, officium pertinet eisdem obediendi et subjacendi; et proinde etiam populis catholicis sanctissimum jus est, ne in hoc officio divinitus injuncto sequendi doctrinam, disciplinam ac leges Ecclesiæ a civili gubernio impediantur.

Jamvero ipsi Nobiscum probe intelligitis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, quam gravis violatio hujus di-

(1) Cf. Hebr. 13, v. 17; Eph. 4, v. 11; 1. Petr. 5, v. 12.

vinæ constitutionis Ecclesiæ, quam intolerabilis subversio jurium Apostolicæ Sedis, sacrorum Antistitum, ipsiusque populi catholici in earum legum rogatione, de quibus apud Austriaca Comitia nunc agitur, contineatur et palam promulgetur.

Nam secundum easdem leges Ecclesia Jesu Christi in omnibus fere rationibus et actionibus, quæ ad regimen fidelium spectant, supremo civilis auctoritatis imperio prorsus obnoxia et subjecta existimatur atque habetur; idque in ea *Motivorum* expositione, quæ vim et sensum propositarum legum explicat, aperte veluti principii loco statuitur. Hinc etiam declaratur diserte, Gubernii civilis esse ex suprema sua potestate leges ferre quemadmodum de civilibus, ita etiam de ecclesiasticis rebus, utpote quod Ecclesiæ advigilare et dominari debeat non secus ac aliis quibuscumque civium societatibus privatis, mereque humanis intra Imperii fines existentibus.

Itaque civile Gubernium sibi arrogat tum judicium ac proinde magisterium de constitutione et juribus Ecclesiæ catholicæ, tum supremum ejusdem regimen, quod partim per se ipsum suis legibus suaque actione, partim per ecclesiasticos viros sibi mancipatos exerceat. Quo fit, ut potestati sacræ ad regendam Ecclesiam, ad opus ministerii atque ad ædificationem Corporis Christi divinitus institutæ, arbitrium et vis subrogetur terreni imperii. Contra hujusmodi sacrorum usurpationes pro jure et veritate Catholica respondet magnus Ambrosius : « Allegatur, imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo : noli te gravare ut putes te in ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere, sed esto Deo subditus. Scriptum est : quæ Dei, Deo ; quæ Cæsaris, Cæsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ [1]. »

(1) S. Amb. Ep. 20, n. 19.

Quod vero ad ipsas leges attinet, quibus memorata *Motivorum* expositio præfigitur, licet eæ speciem aliquam moderationis præseferre fortasse videantur, si cum novissimis Borussicis legibus comparentur, re tamen vera ejusdem rationis et indolis sunt, eamdemque Catholicæ Ecclesiæ in Austriaca ditione parant perniciem.

Nolumus singula earumdem legum capita prosequi ; verum silentio præterire nullo modo possumus gravissimam injuriam, quæ ipsa harum legum propositione infertur Nobis ipsis et huic Apostolicæ Sedi, nec minus vobis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, ac toti populo catholico istius imperii. Conventio nimirum inter Nos et serenissimum Imperatorem anno 1855 inita, ac ab eodem catholico principe solemni sponsione munita totique imperio instar publicæ legis promulgata, nunc imperii Comitiis declaranda proponitur tanquam omni prorsus ex parte abrogata et irrita, idque nulla cum hac Apostolica Sede tractatione prægressa, immo et justissimis Nostris expostulationibus plane contemptis. Hæc profecto iis temporibus, quibus fides publica adhuc valuit, ne tentari quidem potuissent; nunc vero in hac tristissima rerum conditione et tentantur et perficiuntur. Contra hanc solemnis pacti conventi violationem coram vobis, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, iterum protestamur ; multo vero magis intimo animi Nostri dolore denunciamus ac reprobamus injuriam illam toti Ecclesiæ illatam, dum et hujus Concordati abrogationis et cæterarum connexarum legum causa et excusatio audacter refertur ad definitiones revelatæ doctrinæ ab œcumenico Vaticano Concilio editas, atque hæc ipsa catholica dogmata impie appellantur innovationes et commutationes doctrinæ fidei et constitutionis Ecclesiæ Catholicæ [1]. Equidem si qui sunt in Austriaca di-

(1) Motivorum Expos. p. 25.

tione qui nefariis ejusmodi commentis catholicam fidem abjiciant, eam retinet ac profitetur cum gloriosis avis suis totaque imperiali domo, augustissimus Princeps, eam retinet ac profitetur longe maxima pars populi, cui leges feruntur talibus commentis innixæ.

Ita Nobis insciis et invitis rescissa conventione solemni, quam cum serenissimo Imperatore celebravimus, ut animarum saluti simul et civilis reipublicæ commodis prospiceretur, nova quædam forma juris obtenditur et nova facultas civili Gubernio vindicatur, ut marte proprio de spiritualibus et ecclesiasticis negotiis quidquid visum fuerit, constituat atque decernat.

Id eo valet, ut iis, quæ modo rogantur legibus, inviolabilis Ecclesiæ libertas in animarum curatione, in regimine fidelium, in religiosa institutione populi et cleri ipsius, in vita ad evangelicam perfectionem exigenda, in administratione et proprietate ipsa bonorum importunis nexibus implicetur atque præpediatur; perversio inducatur catholicæ disciplinæ, foveatur ab Ecclesia defectio, sectarumque coalitio et conspiratio contra veram Christi fidem, legum præsidio communiatur.

Magna profecto Nobis copia memorandi foret, quid et quantum malorum si leges hujusmodi perferantur metuendum sit; at vero prudentiam vestram, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, id neque fallere nec præterire potest. Scilicet officia fere omnia et beneficia ecclesiastica, imo et exercitium pastoralium munerum ita civili potestati fient obnoxia, ut sacri Antistites, si novis juribus (quod absit) acquiescerent, regimen diœcesium, pro quo districte rationem Deo sunt reddituri, non amplius juxta celeberrima Ecclesiæ præscripta retinere, sed ad nutum et arbitrium eorum qui reipublicæ præfuerint, tractare et moderari cogerentur. Quid porro ex iis rogationibus expectandum erit, quæ de agnitione religiosorum

ordinum inscribuntur? Earum sane noxia vis et mens inimica tam aperta est, ut nemo non intelligat, eas ad corruptionem et perniciem religiosarum familiarum excogitatas esse et comparatas. Temporalium denique bonorum jactura, quæ imminet, tanta est, ut a manifesta publicatione et direptione vix differat. Ea bona siquidem post infensas leges probatas, civile gubernium in potestatem suam erit redacturum, sibique jus et fas esse ducet ea dividere, conferre et vectigalibus impositis sic extenuare, ut misera quæ dabitur possessio et usus, non ad Ecclesiæ decus, sed ad ejus ludibrium et ad velamentum injustitiæ relicta haud immerito existimetur.

Quum hæ sint leges de quibus in publicis Austriaci imperii Comitiis disceptatur, et iis, quæ demonstravimus, principiis nitantur, perspecta vobis plane sunt, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, præsentia pericula, quæ gregibus vigilantiæ vestræ concreditis impendunt. Unitas namque et pax Ecclesiæ in discrimen vocatur, illudque agitur ut ei libertas adimatur, quam S. Thomas Cantuariensis scienter dixit : « animam esse Ecclesiæ, sine qua nec viget nec valet adversus eos qui quærunt hæreditate sanctuarium Dei possidere [1]. » Quam sententiam jam antea defensor alter ejusdem libertatis invictus, S. Anselmus, verbis hisce explicaverat : « Nihil magis diligit Deus in hoc mundo quam libertatem Ecclesiæ suæ ; qui ei volunt non tam prodesse quam dominari, procul dubio Deo probantur adversari : liberam vult esse Deus sponsam suam, non ancillam [2]. » Quapropter pastoralem sollicitudinem vestram, et zelum, quo flagratis pro domo Dei, magis magisque excitamus et incendimus, ut periculum, quod instat, contendatis amovere. Magnos sumite animos, quibus dignum virtute vestra certamen obeatis. Certum

(1) S. Thom. Cantuar. Ep. 75 ad Episc. Angliæ.
(2) S. Anselm. Epist. 9 ad Balduinum Regem.

namque Nobis est, nihil vos fore animis neque virtute minores iis Venerabilibus Fratribus, qui alibi inter vexationes acerbissimas pro hac ipsa libertate Ecclesiæ opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, non modo rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipiunt, sed etiam in vinculis certamen sustinent passionum [1].

Ceterum non in viribus nostris, sed in virtute Dei spes omnis posita est; Dei namque causa agitur, qui oraculo nunquam defecturo nos ita præmonuit et erexit : In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum [2]. Nos itaque, qui pro munere Nostro Apostolico in hoc bello tam vario et atroci contra Ecclesiam inducto, divina gratia infirmitatem Nostram roborante, duces constituti sumus, ea vobis renunciamus ac spondemus, quæ S. Martyr Cantuariensis verbis olim expressit huic ætati et periculo apprime congruentibus : « Causa quam contra nos exercent inimici Ecclesiæ, inter ipsos et Deum est, quia nos nihil aliud ab eis quærimus, nisi quod Ecclesiæ suæ æterno testamento pro ea in suscepta carne immortalis reliquit Deus. In fide ergo et charitate Christi exurgatis Nobiscum in auxilium Ecclesiæ, et auctoritate et prudentia vobis collata occurrite hominibus, quibus nullorum successuum copia sufficit, si Ecclesia Dei gaudet libertate. Confidimus in vobis abundantius, præsertim in causa Dei. De Nobis autem pro certo tenete, quia satius ducimus mortem incurrere temporalem, quam miseræ servitutis angustias perpetuare. Nam hujus controversiæ exitus trahetur ad consequentiam temporum futurorum, ut Ecclesia aut perpetuis, quod absit, ærumnis lugeat, aut perenni gaudeat libertate [3]. »

(1) Heb. 10, v. 32 seq. (2) Jo. 16, v. 33.
(3) S. Thom. Cantuar. Epist. 33.

Quum autem vobis interea adnitendum sit, ut quæ instant pericula, auctoritate, prudentia et studiis vestris præcaveatis, nihil utilius atque opportunius fore intelligitis, quam ut collatis consiliis disquiratis ac deliberetis quænam rationes viæque aptiores suppetant, quo certius atque efficacius propositum finem assequamini. Dum Ecclesiæ jura impetuntur, vestrum est ut adscendentes ex adverso murum opponatis pro domo Israel; solidius vero propugnaculum erit et defensio validior, quo magis concors et in unum conspirans singulorum opera et conatus pro varia necessitate rerum, quæ forte ceciderint, adhibenda. Quare vos etiam atque etiam hortamur ut quamprimum conveniatis in unum, et communicatis consiliis, normam constituatis certam omnibusque probatam, qua pro officii vestri ratione propulsetis unanimes mala ingruentia, et Ecclesiæ libertatem fortiter tueamini. Hæc ideo vos a Nobis moneri par erat, ne officio Nostro in tanta rei gravitate deesse videremur. Nam persuasum Nobis est vos etiam citra hortationes Nostras hæc ultro fuisse effecturos.

Alioquin nondum spem omnem abjecimus fore ut eas quæ protenduntur calamitates, alio tramite Deus avertat. Nos enim movet ad bene sperandum pietas et religio Carissimi in Christo Filii nostri Francisci Josephi Imperatoris et Regis, quem Nos novis litteris hodierna die ad ipsum datis enixe obsecravimus, ne unquam committere velit, ut in amplissima ditione sua inhonestæ servituti tradatur Ecclesia, et catholici cives ejus imperio subjecti in summas angustias adducantur.

Quoniam vero multi adversus Ecclesiam connituntur et mora quævis plena semper periculo est, vos minime oportet desides conquiescere. Præsit Deus consiliis vestris et potenti præsidio suo vos adjuvet, ut quæ ad decus Nominis Ejus et animarum salutem maxime pertinent constituere et perfi-

cere feliciter valeatis. In auspicium autem cœlestis hujus præsidii et præcipuæ benevolentiæ Nostræ testimonium Apostolicam Benedictionem vobis universis et singulis, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, necnon Clero et fidelibus vigilantiæ vestræ commissis peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die VII Martii anno Domini MDCCCLXXIV. Pontificatus Nostri vicesimoctavo.

PIUS. PP. IX.

---

# DÉCISION DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

**LE MEMBRE DE LA COMMISSION ADMINISTRATIVE DU SÉMINAIRE, DÉPUTÉ PAR LE CLERGÉ DE LA VILLE, QUI EST PROMU A UN CANONICAT DE L'ÉGLISE CATHÉDRALE, CESSE PAR LA MÊME DE FAIRE PARTIE DE CETTE COMMISSION.**

Dans notre article sur le synode diocésain de Malines, nous avons parlé de la commission prescrite par le Concile de Trente pour l'administration temporelle du séminaire. Nous avons vu qu'elle doit être composée de deux chanoines et de deux membres du clergé de la ville, et que les membres de cette commission sont inamovibles et perpétuels [1]. Cette qualité des membres de la commission vient de donner lieu à un doute que la S. Congrégation du Concile a résolu.

Un des deux députés du clergé de la ville fut promu à un canonicat de l'église cathédrale, de sorte que trois membres de la commission appartenaient au chapitre et un seul au clergé. Cette constitution de la commission était évidemment contraire à la lettre de la loi, et on peut ajouter à son esprit ; car le but du Concile, en exigeant deux membres du chapitre et deux du clergé de la ville, avait été d'empêcher la prépondérance du chapitre sur le clergé, ou *vice-versa* [2]. Or, dans

(1) *Nouvelle Revue théologique*, tom. V, pag. 355-358.

(2) « Scopus Concilii Tridentini, *dit le Secrétaire de la S. Congrégation dans son rapport,* jubentis ut duo e capitulo cathedrali et duo e clero eligantur, videtur fuisse, ut præponderantia capituli cathedralis præ clero, et vice versa, evitaretur, scilicet ut æqualitas quædam servaretur in administratione rerum temporalium seminarii ; præsertim cum agatur de unione beneficiorum pertinentium ad capitulum vel ad clerum, de taxa solvenda a capitulo vel a clero pro seminario. Porro hæc omnia

l'occurrence, l'équilibre est rompu et on doit le rétablir. Aussi la S. Congrégation a-t-elle décidé, le 25 janvier 1873, que la promotion au canonicat avait rendu vacant l'office de membre de la commission au nom du clergé de la ville.

Voici le texte de la supplique de l'Evêque, avec la réponse de la S. Congrégation.

Die 25 januarii 1873.

SUMMARIA PRECUM. Episcopus A. Sacræ huic Congregationi exponebat quod « pro temporali administratione sui seminarii consilio « quatuor deputatorum juxta præscriptum S. Concilii Tridentini « utebatur. Verum cum unus ex iis, a clero civitatis delectus, « consequutus fuisset canonicale beneficium in ipsa cathedrali « ecclesia, pluribus ab hinc annis, ex quatuor deputatis pro administratione seminarii tres erant canonici cathedralis ecclesiæ, « ac unus tantum e clero civitatis. »

Hinc quærebat : « Num deputatus a clero ad seminarii administrationem, ad canonicatum promotus, potuerit et possit « perdurare in officio velut perpetuo, an ab eodem sit amovendus?»

RESCRIPTUM. His precibus coram S. Congregatione propositis et disceptatis die 25 januarii 1873, rescriptum prodiit : *Per assequutionem canonicatus cathedralis officium deputati e clero civitatis cessare.*

tenues in auras abirent, si plures quam duo e capitulo deputati eligerentur, ac proinde electus a clero, si canonicatum in cathedrali obtineat, e numero seminarii deputatorum a clero electorum omnino expungendus est. Mens enim S. Concilii Tridentini hæc fuit scilicet, ut clerus deputatum haberet omnino distinctum a deputato capitulari. Jam vero hujusmodi mens prorsus evanesceret, si deputatus a clero canonicatum adsequutus in suo munere perduraret. » *Acta Sanctæ Sedis in compendium opportune redacta et illustrata*, vol. VII, pag. 577.

## RAPPORT DE LA S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

HONORAIRES DES MESSES FONDÉES ET MANUELLES. LES CURÉS DOIVENT-ILS LE DONNER INTÉGRALEMENT A LEURS VICAIRES, LORSQUE CEUX-CI DÉCHARGENT CES MESSES ?

Nous avons longuement traité cette question, d'abord à l'occasion d'une décision de la S. Congrégation du Concile ; et ensuite en examinant l'ouvrage de M. Deneubourg : *Étude canonique sur les vicaires paroissiaux*. Nous y avons établi que, en règle générale, l'honoraire entier revient à celui qui décharge la messe [1] ; et que cette règle doit être appliquée aux messes fondées, lorsqu'elles ne constituent pas un véritable bénéfice et que le fondateur n'a pas voulu favoriser par là le curé ou recteur de l'église [2] ; ainsi qu'aux messes manuelles chantées, quand il s'agit d'autres messes que de celles qui font partie des droits d'étole [3].

Nous avons rapporté différentes décisions de la S. Congrégation du Concile, qui prouvent à l'évidence, que les messes fondées sont comprises dans celles dont il est défendu de retenir une partie de l'honoraire, hors des deux cas que nous avons exceptés [4]. Une décision de la S. Congrégation du Concile, en date du 15 mars 1745, avait tranché la question pour les chapellenies, en faisant une distinction. Ou le fondateur a fixé une somme globale, qui doit être payée chaque année au chapelain, ou il a fixé un honoraire pour chaque messe que le

(1) *Nouvelle Revue Théologique*, tom. I, pag. 279; et tom. IV, pag. 284 sq. (2) *Ibid.*, tom. I, pag. 282 ; et tom. IV, pag. 287.

(3) *Ibid.*, tom. IV, pag. 293 et suiv.

(4) *Ibid.*, tom. I, pag. 284 et 286.

chapelain célèbrera. Dans le premier cas, lorsque le chapelain ne dit pas lui-même la messe, il satisfait en remettant à celui qui le remplace l'honoraire ordinaire du diocèse. Dans le second cas, il doit donner l'honoraire entier, sans en retenir la moindre partie [1].

M. Deneubourg donne comme certain qu'aucune décision n'a eu en vue d'une manière directe et expresse les messes fondées qui sont attachées à une église paroissiale [2]. Cela est-il aussi certain qu'il l'affirme? La décision de la S. Congrégation du Concile du 18 juillet 1868 nous autorise à en douter; car tout porte à croire qu'il y est plus question d'églises paroissiales que d'autres [3]. Nous ajouterons une réponse de Son Eminence le Cardinal Fransoni, Préfet de la Propagande, où il est expressément question des fondations attachées aux églises paroissiales, et où la distinction de 1745 est reproduite : elle a été insérée dans le Directoire du diocèse de Ruremonde pour l'année 1854. La voici :

Si de anniversariis fundatis, sive de oneribus perpetuis ecclesiæ huic vel illi speciatim addictis, absque ulla limitatione seu præscriptione quoad missæ eleemosynam aut ministrorum operam, agatur, vel etiam de iis quæ manualibus eleemosynis comparari possunt, seu conditionatis fundationibus, ubi nimirum proventus *taxative* adsignati sint a fundatore tum pro eleemosynis missarum, tum pro aliis functionibus : in priori casu dubium non est,

(1) « Die 15 martii 1745, *écrit S. Alphonse*, confirmatum fuit a S. C. Concilii per decretum, quod egomet observavi, ubi dictum fuit id licere (nempe tradere celebranti eleemosynam consuetam), *modo pro capellania certi reditus sint annuatim constituti, et perpetuo capellano assignati; secus vero si hujusmodi capellano pro qualibet missa celebranda certa detur eleemosyna.* » Theologia moralis, lib. VI, n. 321.

(2) *Etude canonique sur les vicaires paroissiaux*, pag. 376.

(3) Il y est en effet question d'églises où l'on célèbre les funérailles; or, c'est, en règle générale, dans les églises paroissiales qu'elles ont lieu.

pastores licite posse vicariis onera ipsa committere, soluto stipendio sibi beneviso, vel taxa synodali pro missæ celebratione aut juxta consuetudinem. In altera autem hypothesi, quæ celebranti aliisve peragentibus anniversaria statuta sunt in fundationibus, essent solvenda.

La question vient d'être soumise de nouveau à la S. Congrégation du Concile par Mgr l'Archevêque de Munich. Nous ferons cependant remarquer qu'un passage des observations qui accompagnent sa demande, pourrait amener une solution contraire à celle de 1745, et à la réponse du Cardinal-Préfet de la Propagande. Il y est dit, en effet, que les revenus des curés sont fixés de commun accord par l'Evêque et les magistrats civils, qu'on fait entrer dans ces revenus les messes de fondations et les messes de funérailles ou de mariages ; et que, comme pour ces messes soit fondées, soit manuelles, on donne ordinairement un honoraire plus élevé, cet honoraire fait partie intégrante du bénéfice paroissial ; car, ajoute Mgr l'archevêque, les revenus des fondations et de ces fonctions ne sont pas seulement assignés au curé pour la célébration de la messe, mais aussi en vue des autres charges inhérentes au ministère paroissial.

Ces considérations peuvent, disons-nous, amener une solution qui paraîtrait en opposition avec celle que nous avons donnée, mais qui ne le serait pas en réalité. En effet, nous rappellerons que nous n'appliquions les décisions de la S. Congrégation qu'aux fondations dans lesquelles le fondateur n'a eu aucunement pour but de favoriser le curé ou le recteur de l'église, mais a tout simplement voulu avoir un certain nombre de messes ; et s'il y a attaché un honoraire plus élevé que la taxe ordinaire, c'est afin que, par la suite des temps, il n'y ait

pas lieu de réduire le nombre des messes pour cause d'insuffisance de l'honoraire [1].

Nous ajouterons que, si, en Bavière, le traitement du curé est calculé et fixé d'après les revenus des fondations, celles-ci semblent en quelque sorte faire partie du bénéfice paroissial. Chez nous, le traitement du gouvernement est le même, que votre église soit riche en fondations, ou qu'elle en soit totalement dépourvue. De sorte que si, de ce chef, la S. Congrégation décidait que les curés bavarois peuvent retenir une partie de l'honoraire des messes fondées, dont ils confient la célébration à d'autres prêtres, il ne s'ensuivrait pas que cette décision fût applicable à notre pays.

La question soumise à la S. Congrégation n'a pas été résolue dans la réunion du 28 février dernier ; elle a été remise à une autre séance. Quand nous connaîtrons la décision, nous la communiquerons à nos lecteurs. En attendant, nous leur donnons la supplique de Mgr l'Archevêque avec le rapport du Secrétaire de la S. Congrégation du Concile.

MONACEN. — SUPER ELEEMOSYNA MISSARUM. *Die* 28 *Februarii* 1874. Rmus Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis Sacratissimum Principem supplici libello adivit hæc exponens : « Beatissime Pater, in hac mea archidiœcesi Monacen. et Frisingen., sicuti etiam in cæteris regni Bavariæ diœcesibus, parochorum reditus a civili magistratu, collatis cum Ordinariatu consiliis, computantur et constituuntur. In iis etiam missarum fundationes, singularum parochiarum propriæ, et publicæ functiones occasione exequiarum vel benedictionis matrimoniorum peragendæ numerantur, et quidem pro his missis seu fundatis seu casualibus certa stipendia ordinario majora parocho assignantur, quæ inde stipendia propria partem integralem beneficii parochialis constituunt.

(1) *Nouvelle Revue théologique*, tom. I, pag. 282 et 283 ; et tom. IV, pag. 288.

Nam proventus ex his fundationibus vel functionibus prodeuntes parocho non ex solo titulo missæ persolvendæ, sed etiam respectu cæterorum officiorum parochiali beneficio inhærentium assignati sunt. Bene notandum, missas adventitias a fidelibus expetitas, pro quibus ordinarium stipendium solvitur, nunquam istis supradictis missis annumerari.

« Haud raro autem evenit, ut parochi, quibus istæ missæ modo prædicto assignatæ sunt in partem salarii parochialis, ob causas legitime excusantes impediuntur, quominus ipsi easdem persolvant.

« Quæritur igitur, utrum sacerdotes parochi impediti celebrationem harum missarum alteri sacerdoti sic tradere debeant, ût totum stipendium, ut supra constitutum pro celebratione talium missarum solvant, an potius sufficiat ordinarium vel aliquanto majus e. g. pro cantata missa, ab Ordinario statuendum, ita ut, quæ supersint ab ipsis parochis, quibus missæ eædem in partem redituum assignatæ sunt, tuta conscientia retineri possint?

« In his quidem regionibus usus fere generalis et antiquus invenitur, ut parochi, quibus ista stipendia majora etiam in publicis tabulis censualibus attributa inveniuntur, legitime impediti sacerdotibus coadjutoribus vel aliis beneficiatis ordinarium pro ratione missæ vel cantatæ vel lectæ stipendium solvant... Cum tamen aliqui dubitent, ut supradicta quæstio tuo supremo judicio definiatur, vehementer desidero.

« Quod si hujus regionis usus rejiciendus fuerit, quod vix timeo, supplicare audeo, ut mihi gratiose concedatur facultas, singulis parochis licentiam impertiendi, si eadem indigere videantur, retinendi in dictis casibus quæ legitimum et ordinarium substituto sacerdoti exsolvendum, stipendium excedunt. »

Hujusmodi supplicatione accepta statim decretum edidi sub die 30 mensis junii 1873 « *Per Summaria precum.* » In hodiernis autem comitiis EE. VV. proponitur quæstio.

Antequam vero ad propositi dubii enodationem deveniatur, haud inutile erit rem altius repetendo nonnulla præmittere quæ

lucem quæstioni resolvendæ afferunt, et semitam quodammodo aperiunt.

Animadvertimus in primis cum Benedicto XIV, *Instit. Eccl.* 56, *num.* 1, stipendium, quod ex communi Ecclesiæ disciplina sacerdotibus traditur pro comparando fructu medio sacrificii, loco panis et vini, quæ antiquitus offerebantur, suffectum fuisse. Quæ quidem disciplina seu consuetudo, cum ab universali Ecclesia recepta fuerit, non sine impudentia damnari posset, cum æquum sit ut ex altari vivere debeat qui altari inservit. « Sacri tamen canones, pergit Fagnanus, in *Cap. Fraternitatem, de sepulturis, num.* 83, in assignatione stipendii non considerant paupertatem, sed mercedem laboris, cum nemo militet propriis stipendiis. *Cap. Cum ex officii, de præscript.* » Hanc vero mercedem sacerdos non accipit quasi pretium missæ, quod esset simoniacum, *sed quasi sustentamentum vitæ*, ut ait D. Thomas apud Bened. XIV, *loc. cit.*, n. 4. Nec integram sustentationem, sed partem illius ex stipendio sumere debet, ut pergit Benedictus XIV, *loc. cit.* Nam sacerdotes, si sæculares sint, titulis patrimonialibus aut beneficiis fruantur necesse est : si regulares, aut mendicantes erunt, et a populo fideli eleemosynas in propriam alimoniam suscipient ; aut possidentes, et ex monasterii reditibus alentur.

Ex his consequitur missæ stipendia eo tantum fine in Ecclesiam inducta fuisse, ut supplendæ sacerdotum sustentationi inserviant, non autem, ut illi divitiis cumulentur, multoque minus ut inde sordidi quæstus occasionem arripiant : cumque sacræ res sint, commercii aut negociationis usui nullatenus inservire posse, nec laicorum hominum procurationi permitti.

Cum tamen ob effrænatas hominum cupiditates innumeris incommodis missarum stipendia occasionem præbuerint, incredibile est, quot iis amolliundis ab Ecclesia sanctissimæ leges ac decreta diversis temporibus lata fuerint : quæ diligenter a Benedicto XIV, *cit. Instit. Eccl.* 56 ; *De Synod. Diœces. lib.* 4, *cap.* 9 ; *De sacr. Miss. l.* 3, *cap.* 21, recensentur. Nos summis labiis ea attingemus quæ controversiæ, qua de re agitur, potius illustrandæ quam definiendæ inservire censemus. Missis itaque veteribus legibus, a Concilio Tridentino, *Sess.* 22, *Decret. de observ. et evit. in*

*celebr. Miss.* exordium ducimus : « Cum multa jam sive temporum vitio (ita ibid.) sive hominum incuria et improbitate irrepsisse videantur, quæ a tanti sacrificii dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor et cultus ad Dei gloriam et fidelis populi ædificationem restituatur, decernit S. Synodus, ut ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere atque e medio tollere sedulo curent ac teneantur, quæ vel avaritia, idolorum servitus, vel irreverentia quæ ab impietate vix sejuncta esse potest, vel superstitio veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, et quidquid pro missis novis celebrandis datur; necnon importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potius quam postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant. »

Huic Concilii decreto, quo quidquid avaritiam turpemve quæstum sapit, e missæ sacrificio proscribitur, accesserunt celebres illæ H. S. C. declarationes seu *Decreta de celebratione Missarum,* Urbani VIII auctoritate edita die 21 junii 1625 per Constit. quæ incipit *Cum sæpe,* ac postea, additis aliis resolutionibus, ab Innocentio XII decimo kal. januarii 1697 per Constit. apostolicam, quæ incipit *Nuper,* innovata et confirmata. Ex his nonnulla quæ ad rem nostram faciunt excerpere juvabit. In § 5 Pontifex « omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens prohibet sacerdoti qui missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat. » § autem 9 omnibus hæc mandat : « Eleemosynas manuales et quotidianas pro missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant, alioquin omnino abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, et capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa : *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur. » Pœnæ autem erant, ut sæculares ab ingressu Ecclesiæ

interdicti essent, regulares omnibus officiis, voce activa et passiva privarentur, et inhabilitationi perpetuæ ad quæcumque officia de cætero obtinenda subjecti essent. Circa hunc paragraphum variæ quæstiones postea exortæ sunt : 1° *An prohibeatur absolute*, quominus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt ; et 2° quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere? Quid 3° si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat ut sacerdos missam celebret, cum primum poterit? Responsum fuit : « Non prohiberi absolute : ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere. Quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynas pro aliarum missarum celebratione id sciat et consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem missis, juxta benefactoris consensum celebrandis. » § autem 26 statuitur, ut, quoniam plurima incommoda ex eo proveniunt quod, « onera missarum supra vires excipiantur, caveant omnes... ne onera seu missas tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant. » Et post pauca verba additur : « Alias missas, sive perpetuas, sive temporales, sive manuales per se, « vel per interpositas personas, quoquomodo recipere seu acceptare omnino desistant, seu abstineant. »

Cum autem quæsitum esset § 21, n. 15 : « An administratores ecclesiæ magnæ devotionis et concursus possint eleemosynas pro missis celebrandis accipere, si iisdem missis, non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus ecclesiæ et devotio ac concursus fidelium (ut aiunt) minuantur ;» responsum fuit : « non posse, nisi de consensu eorum qui eleemosynas tribuunt. » Ad faciliorem vero hujus decreti observantiam consequendam, per hanc S. C. præcipi solet, ut notat Benedictus XIV, *cit. Inst. eccl.* 56, *num.* 14, ut palam in templo tabella exponatur, quæ declaret in ea ecclesia seu altari, infra certum tempus, sacra quæ

fieri poterunt, conficienda esse ; quæ supererint, in alia ecclesia seu in diverso altari ejusdem ecclesiæ celebranda. Hoc pacto qui eleemosynas tribuunt, universa perspecta habebunt, et pietati facilius obsecundari poterunt, prout ipsis libuerit.

Inter cætera vero quæ ad abusiones præcavendas in memoratis decretis præscribuntur, illud efficacissimum videtur, ut in singulis sacrariis figatur tabella, in qua missæ perpetuo celebrandæ describantur ; utque duo libelli serventur, in quorum altero perpetuæ missæ, in altero adventitiæ notentur, et earum satisfactio.

Post hæc decreta et post plures damnatas ab Alexandro VII propositiones, omnis corruptelæ aditus interclusus fuisse videri poterat. Nihilominus eo progressa est ecclesiasticorum quorumdam et laicorum hominum aviditas, in Pedemontana potissimum regione, uti testatur Benedictus XIV, Constit. *Pro eximia*, die 30 junii 1741 data, ut coactus fuerit idem Pontifex eodem die alteram edere Constitutionem, quæ incipit *Quanta cura*, qua ecclesiasticas pœnas in eos infligit, qui missas colligentes, eas per alios celebrari curant, eleemosynarum parte sibi retenta. Quem profecto morem *absonum* asserit, atque « alienum ab ipsa sive expressa sive tacita pie offerentium voluntate. Nec aliter existimandum est ; in illa enim potius missas esse celebrandas quisque vult, ad quam, religionis ac pietatis stimulis ductus, eleemosynas confert, aut in qua quispiam fortasse tumulatus est, quam in alia ecclesia sibi prorsus ignota. Quod sane, veluti mercaturis faciendis a turpis lucri cupiditate inductum, non solum ab avaritiæ suspicione et vitio, verum etiam a furti crimine, unde restitutioni subjacet, haud immune, in causa est, ut bonorum quamplurimi, ad quorum notitiam mercatura hujusmodi venit, graviter offensi, ab eleemosynis ad celebrandas missas amplius offerendis sese abstineant. » Ad execrabilem hunc abusum compescendum, quoniam homines ita comparati sunt, « ut præsentis pœnæ metu salutaribus monitis facilius obtemperent, — mandat Episcopis—, ut per edictum proponendum affigendumque, universis notum faciant, quemcumque qui eleemosynas seu stipendia majoris pretii pro missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines vel synodalia statuta exigunt, *colligens*, et missas, retenta sibi parte earumdem

eleemosynarum seu stipendiorum acceptorum, sive ibidem sive alibi, ubi pro missis celebrandis minora stipendia seu eleemosynæ tribuuntur, celebrari fecerit; laicum quidem seu sæcularem, præter alias eorum arbitrio irrogandas pœnas, excommunicationis pœnam : clericum vero sive quemcumque sacerdotem pœnam suspensionis ipso facto incurrere, a quibus nullus per alium quam Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit. »

Ex nuperrima Constit. SSmi D. N. Pii Papæ IX, quarto idus octobris 1869 data, quæ incipit *Apostolicæ Sedis*, retenta tantum fuit excommunicatio major, quæ cum *colligentes* in genere afficiat, tam laicos quam ecclesiasticos comprehendere videtur, sublata contra hos suspensione, de qua mentio non habetur. Dicitur enim ibi *sect.* 2, *num.* 12 : « Colligentes *eleemosynas* majoris pretii pro missis, et ex his lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent. »

Cum autem N° 11 cit. Const. Urbani VIII statutum esset, ut missæ intra breve tempus celebrarentur, et controversia inter doctores orta esset, quodnam tempus censendum esset *breve*, S. hæc Congregatio die 17 julii 1655 resolvit : « *Modicum tempus intelligi infra mensem.* » *lib.* 16 *Decret., pag.* 498.

Hæc quæ ab Apostolica Sede diversis temporibus decreta sunt, ad omnem turpis lucri vel negotiationis speciem circa eleemosynas missarum removendam, simul colligere visum fuit, ut facilior disputandi via pateret, et omnibus innotesceret quanta cura, quanto studio et zelo Ecclesia curaverit, ut circa missarum eleemosynas nihil irrepat, quod rebus sanctis haud conveniat, ac turpis lucri suspicionem ingerat. Hisce itaque prænotatis nunc ad thema accedendo disquirendum esse videtur, utrum in agendi ratione parochorum de quibus in casu aliquid existat, quod per allata decreta vel animadversione, vel reprehensione dignum reperiatur.

Ab expositis Romanorum Pontificum decretis sequens regula tuto statui posse videtur, scilicet eleemosynas missarum integras tradendas esse sacerdoti celebranti, quicumque sit qui eam celebret; et hoc tum causa arcendi damnabile lucrum seu mercimonium in re tam sancta, tum etiam ratione justitiæ.

Sed hæc regula non adeo generalis est, ut in omnibus prorsus casibus applicari possit; plures enim exceptiones assignantur. Et sane: super decretum S. C. Concilii, quo prohibetur sacerdoti, qui suscepit missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat; quæsitum fuit H. S. C. Concilii; an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, id est an rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redditunm beneficii? — Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, auctoritate sibi a Sanctissimo Domino Nostro attributa ad hoc dubium propositum respondit: — « Non habere locum, sed satis esse, ut rector beneficii, qui potest missam per alium celebrare, tribuat sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem civitatis vel provinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit. »

Sanctus autem Alphonsus in *Tract.* 13, *de Sacram. Eucharistiæ, in lib.* 6, *num.* 321, postquam exposuerit suam doctrinam circa turpem quæstum in perceptione eleemosynarum pro missis celebrandis damnatum ex decreto S. Congregationis Concilii adprobato ab Urbano VIII et confirmato ab Innocentio XII, ita subjungit : « Ab hac tamen prohibitione excipitur I.... casus, quo aliquis daret majorem stipem non tam intuitu missæ, quam amicitiæ, paupertatis, gratitudinis, propinquitatis, etc.; potest tunc sacerdos excessum retinere, committendo alteri missæ celebrationem.

« Excipitur II... casus, quo sacerdos, cui committitur celebratio, liberaliter et omnino sponte tibi condonet excessum illum: sicut enim ille potest totum remittere, sic et partem. Verumtamen hoc minime admittendum, si tu indices majus pretium acceptum et sacerdotem roges ut remittat; vel ab eo quæras, an consentiat, ut tu partem retineas; tunc enim nequis eam retinere, etiamsi ille annuat : nam hoc in præfata Bulla — *Quanta cura* — Bened. XIV asseritur tamquam execrabilis abusus vetitus a pluribus Pontificibus, qui decretum voluerunt (verba Bullæ) « nimirum a quo-

libet sacerdote, stipendio majoris pretii pro celebratione missæ accepto, non posse alteri stipendium minoris pretii erogari ; etsi eidem sacerdoti celebranti et consentienti (nota) se majoris pretii eleemosynam accepisse indicasset. »

« Excipitur III... beneficiarius, qui bene potest committere alteri sacerdoti celebrationem missæ debitam pro beneficio, tradito stipendio congruo juxta consuetudinem loci, quin tradat totam ratam fructuum. Ita *comm.* Croix, *lib.* 4, *num.* 280; Roncagl. *c.* 6, *q.* 8, *R.* 2; Viva *in dict. prop.* 9, *num.* 9; Suarez, *d.* 86, *Sect.* 3; *Pal. p.* 14, *num.* 9 ; *et Salmant. c.* 5, *num.* 13 *cum* Vasq. Laym. *Bon. et aliis.* Et patet ex decreto S. Congr. app. ab Inn. XII in Bulla — *Nuper,* — *n.* 8, ubi dictum fuit decretum Urbani VIII non habere locum, sed satis esse, ut rector beneficii, qui potest missam per alium celebrare, tribuat sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem civitatis vel provinciæ, nisi in fundatione beneficii aliud cautum fuerit. »

Laymann, *de Sacrificio missæ, Lib. V, Tract. V, Cap.* 1, *num.* 13, *q.* 3, ad dubium : Utrum is peccet et inique agat, qui accepto abundantiore stipendio pro missa alteri eam tradit dicendam, parte aliqua stipendii sibi servata, ita respondet : « si sit *Curatus* seu *Parochus*, cui largior eleemosyna confertur pro missa, potest obligationi per alium satisfacere dato ipsi stipendio sufficiente, reliquo sibi retento. » Ita Sotus, *Lib.* 9, *q.* 3, *art.* 1. At hujusmodi disceptationem evolvit, ac bene solvere videtur auctor Amostazo in opere de Causis piis, *Lib.* 22, *Cap. IV*, *num.* 30. Cedo verba auctoris. « Si non contemplatione missæ majus stipendium conceditur, sed ratione personæ ipsius sacerdotis, quia familiaris est dantis, aut habuisset merita servitii, aut dignitatem, unde contemplatione illius daretur, tunc non obstante declaratione Cardinalium, adhuc partem retinere poterit absque aliqua culpa, dando alteri missas dicendas stipe taxata, nihil de ea defraudando ; hæc enim donatio est in excessu facta personæ ; unde nec aliquid præter taxam tenetur alteri sacerdoti tradere. Ita Diana *dict. tract.* 14, *resol.* 12; Trullench, *cap.* 8, *dub.* 12, *numer.* 11 ; Laymann, *lib.* 5, *tract.* 5, *cap.* 1, *num.* 13 ; De Henao, *sect.* 5, *numer.*

48. Sub numero autem 31 ita prosequitur : « Ab hac obligatione dandi totum stipendium, nulla parte sibi retenta, excipiuntur capellani, beneficiati, et parochi in his missis, quas dicere tenentur ex obligatione suorum beneficiorum, qui si plures habent, ob taxatum stipendium bene aliis dicendas committunt, retento majori salario : nam excessus non pro *missa* conceditur, sed ratione *dignitatis* et sustentationis. Sic declaravit Sacra Congregatio, ut testatur Garcia, *diff.* 10, *dub.* 5, *num.* 3; *Possevin, dict. cap.* 2, *num.* 18 ; *Ce ed. Canon. qq. q.* 27, *num.* 12 ; *Barbosa, ad Conc. Sess.* 25, *de Reform. Cap.* 4, *num.* 20; *Diana, tract.* 14, *resol.* 11 ; *De Lugo, de Euchar. disp.* 21, *sect.* 2, *num.* 30 ; *Pasqual. q.* 970; *De Henao, sect.* 5, *num.* 37, *et sect.* 7, *num.* 64; *Mendoza, de Ordinibus, disp.* 9, *q.* 5, *num.* 44. »

Hisce perpensis ea qua pollent sapientia et prudentia decernant EE. VV. quid sit in themate rescribendum.

Quare, etc.

« S. Congregatio respondit : *Dilata.* Die 28 februarii 1874. »

# ÉTUDES SUR LES CAS RÉSERVÉS[1].

## § III.

### RÈGLES QUI RÉGISSENT LE POUVOIR D'ABSOUDRE DES CAS RÉSERVÉS.

Ce pouvoir peut se rencontrer dans trois sortes de personnes : dans les unes il se trouve d'une manière ordinaire; d'autres l'ont par délégation; d'autres enfin l'ont à raison de circonstances extraordinaires. Un point particulier sera consacré à chacune de ces trois classes de personnes.

### 1er POINT.

### *Règles concernant le pouvoir ordinaire d'absoudre des cas réservés.*

SOMMAIRE. — I. Personnes qui jouissent du pouvoir ordinaire d'absoudre des cas réservés : principe général. — II. Personnes qui peuvent établir des réserves. — III. Successeurs. — IV, V. Pouvoir du Pape sur les cas réservés. — VI-VIII. Du Métropolitain. — IX, X. Accordé aux Evêques par le Concile de Trente sur les cas réservés au Souverain Pontife. — XI-XVI. Ire *Condition.* Qu'ils soient *occultes.* Qu'entend-on par là ? — XVII. Doivent être formellement occultes. — XVIII, XIX. Il n'est pas nécessaire que la peine soit connue du public. — XX, XXI. *Quid,* si le coupable a quitté l'endroit où le délit est public, et se trouve dans un endroit où l'on ignore le délit ? — XXII-XXV. Quand le délit sera-t-il censé porté au for contentieux ? — XXVI. *Quid,* si l'accusé a été absous ? — XXVII. 2e *Condition.* L'Evêque doit en user avec *ses sujets.* Qu'entend-on par là ? — XXVIII. Les étrangers

(1) Voir tom. IV, pag. 68, 143 et 507.

Ad propositas quæstiones facilius enodandas nonnulla principia præmittere juvabit. Ac primo quidem certum est, Ecclesiam ab celebratione missarum non solum omne damnabile lucrum, sed vel ipsam turpis quæstus speciem removeri, atque ad tam sanctam rem tractandam, sancto tantum fine sacerdotes suos ferri voluisse; idque satis superque patet ex doctrinis allatis in *Monacen*, quæ hodiernis comitiis iterum proponitur. Nihilominus stipendium pro celebratione missarum licite percipi certum est, non quidem tamquam pretium ipsius celebrationis, quod esset simoniacum, sed tamquam stipendium ad vitæ sustentationem ordinatum, idque cum D. Thoma docent communiter theologi et canonistæ, ut videri potest apud Bened. XIV, *De Synod. Diœces.* lib. V, cap. 8; Reiffenst. lib. V Decret. tit. 3, *De Simonia*, § 10, n. 185 seqq.

Nec refert, divesne an pauper sit celebrans, et utrum ex ecclesiastico beneficio satis habeat, unde vivat. Nam « Sacri Canones, ait Fagnanus, in cap. *Fraternitatem*, de sepulturis, num. 83, in assignatione stipendii non considerant paupertatem, sed mercedem laboris, cum nemo militet propriis stipendiis. » Id tamen intelligendum est non de labore adjuncto inseparabiliter ipsi celebrationi, quod esset simoniacum, sed de labore ipsi celebrationi extrinseco. Amostazo, *de Causis Piis*, lib. 2, Cap. IV, n. 2. Sed in hac re omnino audiendus est Reiffenstuel, qui in Theol. Moral. tract. V, dist. 3, qu. 3, n. 33, mirifice more suo disserit. « Loquendo de corporali labore, defatigatione, atque molestia in sa-

eris ministeriis, utputa in celebrationibus missarum, administrationibus sacramentorum aut consecrationibus Ecclesiarum, etc. occurrente, et an pro eodem licitum sit dare vel recipere pretium, distinguendum est. Et quidem conveniunt doctores, pro labore aut obligatione, quæ sacro ministerio per accidens conjuncta est, licite aliquid dari et accipi ut pretium : prout fit, quando sacerdos iter longum conficere debet ad celebrandum in certa ecclesia missam, vel administrandum sacramentum, aut quando capellanus obligare se debet ad persistendum in suis spiritualibus functionibus toto anno, præsertim tempore pestis, et hujusmodi. Ratio est, quia talis labor aut obligatio est ex se pretio æstimabilis, et per accidens solum hic et nunc annectitur spirituali ministerio. Secus dicendum de labore intrinseco, seu qui per se et necessario conjunctus est cum sacro ministerio ; nam pro tali simoniacum est dare vel recipere pretium, arg. C. *Si quis objecerit,* 1, q. 3, et cap. *Ad nostram*, de Simonia, ubi generaliter mandatur, quatenus pro ministerio ecclesiastico exercendo nullatenus pecunia exigatur. Quo tamen non obstante potest aliquid dari et recipi per modum justi stipendii seu tamquam aliquod medium ad honestam sustentationem ministrorum Ecclesiæ. »

Quare stipendium pro missa celebranda tributum, licet pinguissimum illi ex integro cedere debet, qui laborem et incommodum celebrationis tulerit ; nec ille qui stipendium accepit, et celebrationem alteri committit, quidquam sibi retinere ex eo potest, quin in reprobationem Urbani VIII Decret. de celebrat. Missarum, et in censuras Constitutionis Apostolicæ Benedicti XIV, incipientis *Quanta cura*, et nuperrimæ SSmi D. N. incipientis *Apostolicæ Sedis* incidat.

Rationem hujus rei non minus acute quam vere tradit Pignatellus, Consult. Canonic. tom. IV, consult. 227, n. 7 seqq., quam, cum præsenti controversiæ illustrandæ mirifice inserviat, operæ pretium est audire. « Tenendum omnino est, sacerdotem transferentem onus celebrandi missas in alium, integrum stipendium dare debere ; nam retinens sibi partem non habet justum titulum retinendi, et ideo lædit eum in quem transfert onus celebrandi missas, ac eum a quo accepit stipendium. Quia cum recipiens

stipendium, ipsum non acquirat, nisi ratione obligationis ad offerendum sacrificium, tamquam cum ipsa adnexum, eo ipso quod abdicat a se obligationem, abdicat titulum retinendi stipendium, et retinendo facit contra voluntatem illius qui dedit. Siquidem illud destinavit pro sustentatione celebrantis, et non pro lucro alterius. Nec refert quod exhibeat stipendium taxatum. Nam dans pingue stipendium, totum dat intuitu oneris, quod imponit, et intendit dare intuitu tantum ministerii... et ideo transit cum ipso onere, et pertinet ad eum qui onus adimplet. Ergo qui retinet partem stipendii, retinet id quod de jure est debitum exhibenti ministerium celebrandi, atque adeo non satisfacit suæ obligationi. Hinc licet detur stipendium congruum et taxatum celebranti, fit tamen ipsi injuria, quia non datur totum quod ipsi debetur. Nam cum totus titulus acquirendi eleemosynam, quantacumque illa sit, tantum sit apud eum qui celebrat, et nullo modo apud eum qui primo accepit eleemosynam, quia dum non celebrat, sed in alium transfert onus, totus titulus, quem habebat, resolvitur : dum celebranti non exhibetur integra eleemosyna, non datur, quod de jure est ipsi debitum. »

Ex his patet. titulum recipiendi eleemosynam ex obligatione celebrandi dimanare, et in eum transferri qui celebrat. At quandoque dari possunt alii tituli ipsi celebrationi extrinseci, propter quos stipendium communi taxa pinguius concedatur ; quo in casu ille qui in alios transfert onus celebrandi, concessa huic eleemosyna manuali juxta morem regionis, vel juxta taxam ab Episcopo præfinitam, licite posset sibi, quidquid illam excedit, retinere.

Ac primo quidem dari potest hujusmodi extrinsecus titulus, quando agitur de missis parochiali præbendæ, beneficiis aut capellaniis inhærentibus. Tunc enim parochi, beneficiati, capellani, si eas missas ad quas ratione præbendæ tenentur, aliis celebrandas committunt, non id stipendii retribuere debent quod fructibus præbendæ respondeat, sed manuale, quia isti simul ac præbendæ potiti sunt, omnium fructuum illius statim fiunt domini, neque hos tantummodo titulo celebrationis suos faciunt. Idem dicendum videtur de capellanis amovibilibus, et non collativis, ac de mere laicalibus, habentibus salarium stabile ad instar beneficii, S. Alphonsus, lib. 6, tract. 3, de Euchar. dub. 1, n. 321 ;

cum et hoc in casu onus ad quod sese capellani obstringunt, titulum ipsis præstet ab ipsa celebratione distinctum, quo excessum eleemosynæ sibi retinere possint. Huic sententiæ adhærere visa est H. S. C. die 15 martii 1745, qua resolvit, licere capellano amovibili retinere partem stipendii, modo pro capellania certi reditus sint annuatim constituti, et perpetuo capellano assignati; secus vero, si hujusmodi capellano pro qualibet missa celebranda certa detur eleemosyna.

Dari etiam secundo potest istiusmodi extrinsecus titulus, quando agitur de missis perpetuis alicui sacerdoti demandatis. Nam qui missis istis perpetuo celebrandis sese mancipant, aliud onus suscipiunt ab ipsa celebratione distinctum, quod ex allata doctrina Reiffenstuel est pretio æstimabile, ac proinde ejus titulo sibi vindicare posse videntur quidquid communem taxam excedit. Idque congruere videtur menti fundatorum, qui hujusmodi missis perpetuo celebrandis pinguiores eleemosynas reliquisse dicendi sunt, non tantummodo ratione celebrationis, sed etiam ratione oneris, quo gravantur sacerdotes, qui illas celebrandas suscipiunt, atque ut accuratæ et perpetuæ earum satisfactioni consulerent. Ita post Viva, La Croix, Gobat, Pasqualigo, aliosque tradit S. Alphonsus, loc. cit.

Tertio locum habere potest in missis etiam legatis, sed cum distinctione : nam quando legatum alicui relinquitur cum onere missarum, cujus numerus præfinitus sit, tunc legatarius potest taxam communem et manualem alteri celebraturo tradere, retinendo sibi id quod superest; nam legatum habet rationem donationis, et semper causam lucrativam continet, atque hoc titulo, quod superest, retineri potest. Idem dicendum, si legatum non personæ, sed Ecclesiæ relictum fuit. At si is, cui legatum implendum relinquitur, non sit proprie legatarius, sed exequutor legati, uti ex gr. si testator dicat : « lego Titio centum, ut centum dicat, vel dicendas curet missas, » tunc sane testator non personam Titii, sed causam missarum prospexisse videtur, et Titius non legatarius, sed mere exequutor legati censendus est. Quo in casu Titius totum legatum in missis celebrandis impendere debet, nihilque sibi retinere posset. Voluntas enim testatoris fuit, ut pingue illud sti-

pendium pro centum missis adhiberetur, ejusque acquirendi titulus in eum integer transiret, qui missas celebraret; nec præter ipsam celebrationem alius titulus subesset, quo qui missas alteri celebrandas committeret, excessum communis taxæ sibi retinere posset. Amostazo, *De Causis Piis*, lib. 2, cap. 4, n. 34, seqq.

Quarto : in missis etiam adventitiis sive lectis sive cantatis hic titulus celebrationi extrinsecus locum habere potest; quando scilicet eleemosyna pinguior consueta conceditur intuitu personæ, scilicet propter ipsius dignitatem, vel officium, vel paupertatem, vel propinquitatem, vel gratitudinem. S. Alphonsus, loc. cit. Quo etiam casu excessus communis taxæ retineri posset, dummodo moraliter certum esset, excessum illum hoc nomine oblatum fuisse.

Hanc modo doctrinam ad tres quæstiones ab Archiepiscopo Coloniensi propositas adplicemus. Prima est de missis cantandis in ecclesiis parochialibus, quibus eleemosyna pinguior ordinaria ex fundatione assignata fuit. Licet vero a fundatoribus nullus sacerdos ad eas celebrandas expresse vocatus fuerit, tamen de jure diœcesano et ex consuetudine celebratio ad parochum pertinet. Dos autem his missis celebrandis assignata, ab ecclesiæ provisoribus administratur.

Agitur hic, ut quisque videt, de legatis missarum ecclesiæ parochiali relictis. Provisores autem ecclesiæ non videntur nisi exequutores legatorum ; qui consequenter dotem illam pinguiorem parocho cum cantu celebranti integram tradere debent. At si parochus non ipse per sese eas cantet, sed aliis cantandas committat, quærit Archiepiscopus utrum integrum stipendium tradere teneatur, an vero sufficiat, ut det eleemosynam manualem, juxta taxam diœcesanam ; et quatenus dare debeat manualem, quærit insuper, an dare debeat juxta taxam pro missis lectis, an pro cantatis ?

Et primo quidem intuitu, cum ex lege diœcesana et consuetudine ad hujusmodi missas cantandas parochus vocetur, fundator, qui huic legi sese conformare debuit, illum ad eas cantandas advocare voluisse censendus est ; ac proinde legatum relictum videri favore parochi, qui titulo hujus oneris adimplendi, quo-

ties missas aliis cantandas committit, retinere sibi posset, quidquid ex diœcesana taxa supersit.

Nihilominus si res penitius examinetur, legatum hoc in casu non parocho, sed ecclesiæ relictum fuisse constabit, et *provisores*, qui ecclesiæ nomine agunt, esse illius exequutores, qui totum stipendium celebranti tradere debent; parochum vero non ess neque legatarium neque legati exequutorem, sed præ ceteris sacerdotibus, hisce missis cantandis quodam veluti prælationis nomine vocari, *ipsique pro qualibet missa celebranda certa datur eleemosyna,* uti est in superius allata resolutione H. S. O. Igitur parocho præter ipsam celebrationem nullus alius titulus competere videtur, quo stipendii excessum licite sibi retinere valeat.

Atque hic inutile fortasse non erit animadvertere, diversa Colonienses parochos a Monacensibus (de quibus etiam in his comitiis agitur) uti conditione. Nam legata missarum parochiali ecclesiæ relicta, Monacensibus quidem parochis in partem congruæ computantur, non autem Coloniensibus. Illi igitur simul ac parœciæ possessionem inierunt, eorum legatorum statim potiuntur tamquam propriæ præbendæ partis, atque hoc titulo quidquid ex consueta eleemosyna supersit, suum statim faciunt, et sacerdotibus missas celebraturis commune tantum stipendium dare posse videntur. His autem præter celebrationem nullus alius titulus suppetit, quo stipendii excessum suum faciant. Atque idcirco illum ex integro sacerdotibus celebraturis concedere debent, sive agatur de lecta, sive de cantata missa.

Ad secundam quæstionem veniamus, qua quærebat Archiepiscopus, utrum pro missis nuptialibus vel exequialibus, quando parochus aliis eas celebrandas committit, manualem eleemosynam tradere possit, retento pinguiori stipendio ex lege diœcesana illis assignato? Ad quam quæstionem præmittebat, parochis *jura stolæ* ex lege diœcesana non in cumulo, sed singulis actibus vel functionibus certas portiones assignatas esse. Jam vero hoc etiam in casu cum *jura* ista *stolæ* connexa sint cum ipso sacrificio sive in nuptiis sive in exequiis peragendo, nec facile ab iis qui missas istas parocho cum pinguiori stipendio celebrandas tradunt, distinguantur ab ipso ministerio præstando, videtur totum stipen-

dium pro ipsa celebratione oblatum fuisse, ac nisi integrum illi cedat, qui ministerium præstat, mentem offerentium fraudari.

Attamen si animadvertatur, Episcopos posse, imo vero in aliquibus casibus debere eleemosynas missarum taxare atque in hac taxa conficienda rationem habere laboris, itineris, solemnitatis, etc., ac proinde etiam officii parochialis, quisque facile videt, constituta ac pinguiori taxa per legitimam potestatem statim parochum jus acquirere ad eam sibi retinendam. Ac proinde titulo *juris stolæ*, celebrationi extrinseco, pinguiori hac taxa sibi retenta, sacerdoti celebraturo communem retribuere poterit. At si eleemosyna parocho data fuerit pro missa cum cantu celebranda, tunc sacerdoti celebraturo diœcesanam eleemosynam missæ cantatæ tradere debebit. Ministerium enim cantus ab eo præstatur qui celebrat, et si parochus stipendium missæ lectæ retribueret, lucrum captaret ex alterius ministerio, quod damnabile est, et Ecclesiæ legibus vetitum.

Tertio loco quærebat Archiepiscopus, an quoties per annum parochis a fidelibus offeruntur eleemosynæ pro missis cantandis, sive secundum taxam ab Ordinario constitutam, sive etiam pinguiores, parochi eleemosynas, quando aliis missas cantandas committunt, integras rependere teneantur, an solum communem ?

Quæstio hæc, ut patet, respicit missas adventitias, circa quas certum imprimis est, cum eæ cum cantu celebrari debeant, parochos debere taxam cantatis missis statutam rependere : secus enim lucrarentur ex ministerio alterius, et mentem offerentium fraudarent. Offerentes enim eleemosynas pro missis cantandis uberiores fructus, qui ex illis præ missis privatis proficiscuntur, uti docent theologi (vid. Concina, *Theol. Christ.* lib. III, *De Euchar. dissert.* 2 ; *De sacrif. miss. cap. IV*, *n.* 17), percipere intendunt. In missis enim cantatis, et solemnibus resonat harmonicus cantus, multiplicantur exteriores actus religiosi, excitatur major adstantium devotio, cultus, uno verbo, Deo amplior exhibetur, ac proinde spiritualis fructus copiosior inde dimanat.

Quæstio igitur tantummodo oriri potest circa excessum eleemosynæ taxatæ pro missa cantata parochis oblatum : quem tum

ibi retinere poterunt, cum morali certitudine constet, hunc excessum oblatum fuisse non ratione celebrationis, aut majoris suffragii vel fructus percipiendi, sed intuitu personæ ipsius parochi. Fieri enim potest, ut fideles propriis parochis, qui labores suos atque ipsam propemodum vitam spirituali eorum utilitati devoverunt, grati animi ergo, pinguius consueto stipendium exhibeant. Verum hæc fidelium intentio non ita facile est præsumenda, sed vel expressa esse debet, vel ex indiciis non æquivocis, quæ moralem certitudinem pariant, eruenda est. Nam stipendium missarum natura sua ad fructus sacrificii obtinendos tendit; et quando fideles pinguius illud exhibent, ordinario intendunt uberiores fructus ex missa percipere, ut docet S. Alphonsus, *Oper. Mor. loc. cit.* Communiter autem *intentio conferentis stipendium ad transferendum dominium pecuniæ fertur in celebrantem, et non in mandatarium, aut procuratorem*, uti animadvertit Amost. *Tract. de Sacr. Ord. § IV, de Presb. quæst.* 2. Itaque concludi posse videtur, in casu exposito parochos debere sacerdoti. cui missas cantandas committunt, non modo stipendium diœcesanum pro missa cantanda retribuere, sed ipsius etiam excessum, nisi aliter morali certitudine constet, excessum ipsum concessum fuisse a fidelibus alio titulo celebrationi et ministerio prorsus extrinseco, nempe intuitu personæ ipsius parochi.

His perpensis, videbunt EE. VV. quid respondendum sit quæstionibus ab archiepiscopo propositis.

Quare, etc.

S. Congregatio Concilii rescripsit : *Dilata.*

Die 28 martii 1874.

# CONFÉRENCES ROMAINES.

## QUÆSTIONES MORALES DE PECCATIS ET DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

*De quibus deliberabitur in conventibus quos, auspice viro Emo Constantino Patrizi, Episcopo Ostiensi et Veliterno, S.R.E. Cardinali, S.Collegii Decano, sacros. patriarchalis Basilicæ Lateranensis archipresbytero, sac. Rituum Cong. Præfecto et sanctissimi D. N. PP. Pii IX Vicario Generali, Romæ ad S. Apollinaris, habebunt sacerdotes ex cœtu S. Pauli Apostoli diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt, a mense decembri anni* 1873 *ad septembrem* 1874.

### MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero cœtus toto anno erit hora vicesima secunda.

## QUESTIONES MORALES

### EX TRACTATU DE PECCATIS.

### I.

Die 24 Novemb. 1873.

Mævia honesto genere nata, at paupertate laborans, filiam habet quæ vehementi amore erga virum ditissimum afficitur. Hic ad eam sibi desponsandam paratus videtur ; at cum non recte de religione sentiat, negat se coram Ecclesia matrimonium contracturum esse. Quare Mævia consensum a lege quæsitum se negat esse præstaturam : ex quo inter eos jurgia, et lites. Ejusdem autem angustiæ animi augentur, ex eo quod filiam uterum gerere cognoscit, et fugam cum amasio arrepturam prævidet. Quadam vero die cum ab iisdem injuriis lacessita, et ictibus percussa

fuerit, metuens ne quid pejus sequatur, scripto consensum præstat. Paulo post cuidam confessario rem totam aperit. Addit autem se pluries in filiam imprecationes evomuisse, vicinis, et amicis detraxisse, et nonnullis sermonibus contra S. Sedis jura prolatis consensisse. Objurgata a confessario sese excusat asserens in primo casu ex metu egisse, in reliquis rei pravitatem non animadvertisse. At interrogata utrum in his admittendis haberet consuetudinem candide fatetur ad imprecationes malo habitu ferri, adeo ut a suo confessario ordinario pluries admonita fuerit : quin imo una vel altera vice huic vitio advertenter indulsisse non denegat. Confessarius ad statuendum quomodo, et quando Mævia peccaverit, secum quærit :

1° *Quæ requirantur ad peccatum grave constituendum?*

2° *An defectus actualis advertentiæ a peccato actuali excuset, et an advertentia in habituatis peccatum multiplicet?*

3° *Quid de Mævia judicandum quoad singula?*

## II.

Die 15 Decemb. 1873.

Titius in eadem domo moratur cum fratre, cui est uxor formosissima. Concupiscentia illectus ejus præsentia et colloquiis sæpe delectatur ; in eamque tactus minus honestos exercet, ita tamen ut pravum desiderium, si quando ea abutendi in suo animo excitatur, illico compescat, ne injuria fratrem afficiat. Percurrens autem civitatis semitas, si quæ obviam ei mulier venit monastico habitu induta, ita animo commovetur, ut pravis desideriis in eamdem afficiatur. Tandem meretricum domos crebo accedens modo una, modo altera ad libidinem explendam utitur. Cum vero inter eas quamdam esse hebræam cognoverit, libentius cum ea rem facit, Ecclesiæ leges irridens, quæ eas tamquam captivas habendas esse jubent. Paschatis tempore hæc omnia confessario enarrat, qui, ut statuat quot peccata specie distincta is admiserit, secum quærit :

1° *Quomodo peccata distinguantur specie?*

2° *Utrum in delectatione morosa species ex objecti qualitate multiplicetur?*

3° *Quid de numero peccatorum Titii specie inspecta?*

## III.

Die 12 Januarii 1874.

Titius juris peritus, et rerum publicarum studiosissimus, ephæmerides assidue legit, nulla distinctione facta inter eas, quæ nulli Ecclesiæ animadversioni obnoxia sunt, atque inter eas, quas Romanus Pontifex erroribus contra fidem scatentes, atque legentibus perniciosas futuras, per epistolam ad Cardinalem Urbis Vicarium missam, judicavit. Audita hac super re concione scrupulis angitur; sed a docto sacerdote accipit se libere legere posse, si facultatem librorum, quos Ecclesia censura notaverit, legendorum habuerit, aut, ea deficiente, a confessario eam facultatem postulet. Titius, qui ejusmodi facultate præditus est, ab iis legendis haud se abstinet: quin imo capta ex eis occasione controversias de rebus politicis inter amicos instituit, in eisque magno æstu pertractandis tantum temporis terit, ut aliquoties in diebus festis audiendæ missæ tempus ei defuerit. In confessione paschali peragenda inter cetera de missæ omissione se accusat; et quærenti confessario cur tanta negligentia in opere sanctitatis pleno usus fuerit, candide suam agendi rationem fatetur. Itaque ab eodem admonetur hujusmodi morem peccatum ab alio distinctum constituere. Sed respondet se in his non peccare sibi videri: tum quia facultas legendorum, quos Ecclesia damnaverit, librorum ipsi erat, tum quia ejusmodi lectionem nullum sibi fidei amittendæ periculum afferre putavisset. Falsam utramque excusationem esse confessarius affirmat: semper enim requiritur confessarii approbatio. Præterea, addit, quamvis hæ causæ ut legitimæ admittantur, tamen hujusmodi lectionem, et disputationem tamquam peccato infectam excusari non posse: eo quod omittendæ missæ causa fuerit. Titius non respondet; cum autem confessarii do-

ctrinæ non acquiesceret, theologum clarissimum adit, ab eoque quærit :

1° *Quænam requirantur ad peccatum omissionis constituendum ?*

2° *Utrum actus in omissionem influentes totidem sint peccata distincta in confessione aperienda ?*

3° *Quid sentiendum quoad lectionem ephæmeridum damnatarum ?*

## IV.

Die 26 Januarii 1871.

Recitatur Oratio de laudibus S. Pauli Apostoli, quem cœtus noster sibi Patronum adlegit.

## V.

Die 23 Februarii 1874.

Titius ædium structor amicorum hortatione ductus ad protestantium scholas de sero crebo accedit. Hæresibus ab eis prolatis de Romani Pontificis primatu, de ejus infallibili magisterio, et beatissimæ Mariæ Christi matris virginitate lubenti animo adhæret. Hinc sæpe et præsertim contra SS. Virginem blasphemat. Die quadam cum graviter eidem maledixisset, a quodam socio reprehenditur. Caveas nempe, ille inquit, ne posthac graves blasphemias in divini Servatoris matrem, sanctorumque reginam proferas. At is, quid ad te ? additque præterea in sanctos etiam, plures eorum nominatim, convicia, et maledicta. Corruptus exinde moribus homo rixosus evadit, eaque de causa a suo magistro reprehenditur, additis minis, secum operis expertem facturum nisi corrigatur. Quare tanta ira in magistrum et socium, quem delatorem existimat, exardescit, ut plurima mala, scilicet pauperiem, subversionem domus, ac mortem in eos adprecetur. Neque his contentus atrocem vindictam de eis se sumpturum secum animo meditatur. Itaque cum socius supra trabem in construenda domo insideret, ex industria is fecit, ut ille caderet, neque a cœpto se

abstinuit, licet præviderit alios artifices, qui subter essent, graviter offendi posse : quod malo fato evenit, cum duo ex eis morte occubuerint. Res tamen casui adscribitur. Contra vero dominum, non exiguam ei pecuniæ vim auferre meditatur, qua sibi consulat, si ab officio juxta ejusdem minas ab opere removeatur. Quod ut facilius et tutius faciat, ita paulatim surripuit, ut decem vicibus centum liras abstulerit. Magister tandem Titium ab se rejicit : qui ad suam iram explendam plurima turpia, et falsa in vulgus spargit contra illum, ejusque familiam, quæ quinque filiis, ex quibus duæ honestissimæ fœminæ erant, constabat. Post aliquod tempus in se reversus omnia cuidam confessario enarrat, qui putans sui esse singula peccata adnumerare, secum quærit :

1° *Utrum peccata distinguantur numero quoad objecta ?*

2° *Quid significet expressio, qua passim utuntur theologi,* objectum totale ?

3° *Quid de numero peccatorum Titii sub hoc respectu ?*

## VI.

Die 9 Martii 1874.

Titius in hac rerum perturbatione Ecclesiam teterrimo jugo undique premi vehementer dolet. De nefariis viris, qui omni calamitatum genere eam vexant, sæpissime inter amicos loquitur. Tot, tantaque facinora audiens eisdem exitum, mortemque non raro exoptat, ut innumeris malis finis imponatur. Præterea de acceptis ab eis cladibus, si quæ illis quandoque, in militaribus præsertim expeditionibus, inferuntur, vehementer gaudet. Militum autem, qui accepto vulnere ex bello redeunt ad illud iterum suscipiendum vel ad quamlibet industriam impares, non miseretur: imo de morbo quo suus filius graviter corripitur sibi gratulatur, spe fretus optimam occasionem fore, ne militiæ adscribatur. Huc accedit quod si respublica in pejus vertitur secum solatur, ratus nil violentum duraturum : quapropter extremis malis extrema remedia. Nihilominus, pacato aliquando animo, de hisce delecta-

tionibus, utpote fortasse vitiosis, scrupulum habet, easque confessario manifestat. Hic vir odio fragrans in præsentem rerum statum exclamat : apage, hæc peccata neutiquam sunt. De hujus furfuris hominibus quis bene loquatur ? Eorum profecto exitium necessarium est ! Malum morale physico haud est comparandum ! Hinc sacramentali absolutione concessa Titium dimittit. Non obstantibus hujusmodi confessarii exclamationibus, et doctrina, Titius easdem, ut antea, expertus delectationes, in nova confessione alteri enarrat. Hic e contra Titium exprobrat, docetque non modo illis maleprecari, sed potius de eorum malo atque exitio, christiano homini dolendum esse. Non negat tamen, quod ab eorum insidiis liberemur, nos posse adprecari. Tot autem emollitis verbis hæc insinuat, ut pœnitens in suspicionem adducatur, ne forte confessarius cum nefariis illis conveniat. Igitur totam rem clarissimo viro theologo exponit. Hic, ut veritatem eum doceat, secum quærit :

1° *An et quando delectatio sit peccatum ?*

2° *An et unquam liceat delectari de malo proximi ad bonum finem ?*

3° *An vere et quando Titius peccaverit, et quid de confessariorum agendi ratione sentiendum ?*

## VII.

Die 23 Martii 1874.

Titius, piissimus adolescens romanus, perpetuæ castitatis votum emittit, et ad eam facilius servandam, alterum vovet de jejunio, unoquoque die sabbato peragendo in honorem Virginis puritatis cœlestis patronæ. Postea sacros ordines petit, et voti compos factus, sacro subdiaconatus ordine insignitur, et in Basilica quadam canonicatum obtinet. Omnibus suis officiis is rite fungitur : verum die quadam, et præcise in pervigilio diei festi Purificationis Mariæ Virginis, quod eo anno in diem sabbati inciderat, cujusdam fœminæ lenociniis deceptus contra castitatem grave peccatum admittit. Hinc tantis illecebris distractus animo, per illam

diem, neque jejunium servat, neque officium recitat. Insequenti die ad proprium confessarium accedit, et omnia dolentissime aperit. Hic vero, cui Titii obligationes innotescebant, ut eum magis, magisque in suorum peccatorum horrore firmet, magnitudinem et multiplicitatem facinorum commissorum pandit. Eum enim animadvertit triplex peccatum in fornicatione admisisse, contra castitatem, contra votum, contra ecclesiasticam legem de cælibatu clericorum : duplex in omissione divini officii, contra religionem ut subdiaconus, contra justitiam ut canonicus : triplex denique ob esum carnium ; primum quia eas ederat die sabbati, secundum quia egerat contra votum quo illa die Romani tenentur ; tertium contra particulare votum a se emissum. Quare Titius amare flevit et absolutionem obtinuit : sed postea dubitans utrum tot peccata specie distincta commiserit, ad virum theologum accedit, et alterius nomine narrato casu. quærit :

1° *Utrum peccata specie distinguantur ex præceptorum diversitate?*

2° *Quomodo cognoscatur quandonam leges circa eamdem materiam conditæ sint ad diversos fines?*

3° *Quot revera peccata specie distincta ille commiserit?*

## VIII.

Die 13 Aprilis 1874.

Titius in magna spe erat se adepturum hæreditatem ab avunculo jam senio confecto. Hinc statuerat eidem non dare mille nummos aureos quos debebat : putaverat enim inutile esse dare quod sibi aliquando in hæreditatem esset obventurum. Eum spes fefellit. Nam ille moriens alium sibi hæredem testamento scripsit : scilicet alium ex sorore nepotem. Quare Titius odio captus contra hæredem tum invidia quadam, tum eo quod suspicaretur arte, et industria eum avunculum induxisse ad se hæredem scribendum, statuit illam pecuniæ vim eidem amplius non restituere. Annum integrum hoc in proposito perstitit, licet sæpe eo tempore solvendo par esset. Præterea quoties hæres sibi obviam occurrebat, vel

ipse de eo secum cogitabat, toties ex illo odio quo in eum afficiebatur mala ei intimis sensibus precabatur. Sed tandem paschali tempore confessionem sacramentalem peragens, malum hoc propositum immutavit, et ad restitutionem faciendam paratum se ostendit. Confessarius in hoc consilio Titium firmare studet : sed. ut eum admoneat de multitudine peccatorum per annum circa hanc rem admissorum, secum quærit :

1° *Unde oriatur internorum peccatorum interruptio, et distinctio?*

2° *Quot Titius peccata numero distincta admiserit, tum relate ad restitutionem, tum relate ad odium in casu?*

## IX.

Die 27 Aprilis 1874.

Mævia, uxor prædivitis viri, licet ab eo omnia quæ ad muliebrem, eumque splendidum ornatum inserviunt cumulatissime acciperet ; tamen ad sumptuosiores vestes sibi ad lubitum comparandas, scutata modo decem, modo viginti eidem, capta occasione, surripiebat, quin tamen per hæc furta magnam intenderet vim pecuniæ furari. Cum vero ad furta hujusmodi non facile opportunitas daretur, satius duxit sibi clavem comparare, qua apertis scriniis, in quibus viri pecunia asservabatur, paulatim et quotidie aliquantulum subripere posset. Hinc cuidam fabro clavem faciendam commisit, una vel altera vice cubiculum ad eam experiendam ingreditur, et tandem voti compos facta, quamdam non gravem quidem pecuniam surripuit. Verum cum ejus vir rem agnovisset, gravissimis verbis uxorem objurgavit ; quæ hæc suspicans evenisse delatione famulæ, quæ viro addictissima erat, et suæ dominæ vanitatem ægre ferebat, ira percita tanto odio in eam exarsit, ut eamdem occidere constituerit. Ad hoc venenum ei propinavit, sed frustra : deinde nonnullis vicibus eamdem repetitis ictibus percutit, quin tamen occidat. Post aliquod tem-

pus facti pœnitens ad confessarium accedit. Hic secum quærit :

1° *Quando actus externi quibus lex violatur existimandi sint interrupti ?*

2° *Utrum inter se numero peccata distincta constituant?*

3° *Quid de numero peccatorum Mæviæ sentiendum ?*

X.

Die 11 Maji 1874.

Titius sacerdos domum ventitat in quam, vespertinis horis, inter ceteros conveniunt homines, qui falso libertatis nomine decepti, ea sentiunt quæ societatem, et præsertim Ecclesiæ jura subvertunt. Ut ab hac consuetudine abstineat a suo Episcopo admonetur : sed frustra : facile enim se is excusat quod res innocua sit. Etenim, ait, eorum sermones ob reverentiam, qua ad invicem utuntur, vel sunt indifferentes, vel si quando minus exacti, facile comprimuntur. Cujusmodi excusationem non admittens Episcopus, præcepit domum esse relinquendam. At vero sacerdos ratus præceptum non urgere sub gravi, licet minus frequenter, domum illam accedere perseverat. Verum die quadam ad cœnam cum illis viris invitatur. Timens, ne inter pocula gravior sermo accidat in Ecclesiæ viros, quem non facile se posse impedire sibi videtur, dubitat se iturum. Verum cum postea sciat suum fratrem inter illos esse adfuturum, qui ob ætatem, et ingenium decipi facile posset, ut incolumem eum servet, cœnæ interesse satius ducit. Sed antequam hora adveniat totam rem cuidam amico enarrat, qui, ut rectum consilium juxta conscientiæ regulas proferat, una cum Titio quærit :

1° *Quibus de causis peccatum per se leve evadat grave ?*

2° *Quando periculum peccandi probabile dici possit ?*

3° *Quid de agendi Titii ratione, quid ei suggerendum ?*

## XI.

Die 1 Junii 1874.

Titius quodam in hospitio famulatum præstat ad quod advenæ undique conveniunt. Ejus opera hospitii dominus utitur ad ephæmerides cujuscumque generis acquirendas, etiam quæ vulgo ut damnatæ perhibentur. Præterea advenis in hospitio mensa sedentibus cibos quoslibet exhibet, nulla facta distinctione dierum et personarum. Cum vero quemdam, qui sibi vir catholicæ legis studiosus videbatur, de die vetito admonet, cachinnis ab aliis excipitur, et a domino ut insipiens acriter reprehenditur. Præterea sæpe huc illuc epistolas affert quibus advenæ, vel ipse dominus mulieres advocant, quas ipse suspicatur, aut certo tenet corruptelarum illecebris operam daturas. Væ autem illi si malæ mulieres sponte accedentes dimittat, vel inurbane excipiat, atque de earum adventu nuntium advenis dare omittat. A domino enim facile se ejectum iri cognoscit. Ex hac sua agendæ vitæ ratione aliquo animi scrupulo exagitatus huic famulatui valedicere exoptat : sed cui honeste inserviat non reperit : ex alia autem parte pro sua præsenti egestate non alia ratio ei suppetit, qua sibi, et familiæ, quæ sunt necessaria comparare possit. Mœrore animi affectus de hac miserrima vitæ conditione cum quodam sacerdote conqueritur, qui, ut ei solamen quoddam adhibeat, secum quærit .

1° *Quando cooperatio dici debeat formalis vel materialis in sensu S. Alphonsi ?*

2° *Utrum et quando alterius malo cooperari liceat ?*

3° *Quid de Titio dicendum, quidque ei suggerendum ?*

## QUÆSTIONES MORALES

### EX TRACTATU DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

## XII.

Die 15 junii 1874.

Titii acris ingenii vir et litteris eruditus graviter decumbens sacramentalem confessionem apud proprium parochum sponte

agit. Hic inter cetera eum admonet utrum unquam aliquid contra fidem catholicam senserit ? Cui ille : se omnia ex corde tenere respondet, quæ Ecclesia suis diffinitionibus credenda proponit. Etiamne illa, ait parochus, quæ in Syllabo continentur, quæque circa Romani Pontificis civilem ditionem, utpote ei necessariam, atque utilem ab ipso Pontifice jure asseruntur? At infirmus aperte fatetur, se non omnibus sententiis quæ in Syllabo continentur adhærere ; plura enim inter ea ab principiis liberioris, at sanæ, philosophiæ abhorrent. Civilis etiam Romani Pontificis principatus necessitatem se non agnoscere : de ejusdem autem utilitate, vel damno quæstionem non esse ab Ecclesia diffinitam. Hæret parochus ; attamen vellet hac super re disputationem agere : cum autem non facile ei a se persuasum iri prævideat, simulque eumdem bonæ fidei esse noscens, satius ducit ab ea se in præsentiarum abstinere. Attamen ab eo sciscitatur utrum denegaturus esset, si tandem Ecclesia formali judicio ea confirmaret ? Esto, respondet ægrotus, verum fieri id posse plane nego. His auditis parochus sermonem cohibet. Deinde illum hortatur, ut a Deo lumen quærat : quod ille se facturum promittit, et ad aliud sua verba convertit. Cum igitur in ceteris rite dispositum eum habeat, sacramentaliter absolvit. Antequam vero ad eum SS. Eucharistiam afferat, dubius de sua agendi ratione una simul cum amico quærit :

1° *Quodnam sit fidei theologicæ materiale objectum?*

2° *Utrum Titius uti hæreticus, vel sacramentis indignus haberi debeat ?*

3° *Quid de sua prudentia sive in eo interrogando, sive absolvendo?*

## XIII.

Die 6 Julii 1874.

Gravis in urbe quadam in catholicam religionem persecutio sævit, adeo ut ne dicam sacerdotibus, sed etiam laicis, quibusdam in circumstantiis, se se occultare opus sit. Id autem non tam publicæ auctoritatis opera, quam virorum nefariorum, qui diversis

politicis sectis addicti in unum tamen conveniunt, ut religionem catholicam abrogandam esse existiment. Quare impii viri, occasione capta, in catholicos, et præsertim sacerdotes injusta, et noxia, gubernio silente, committunt. Ad hæc evitanda Titius sacerdos, ex religiosis e cœnobio ejectis, si noctu per urbem deambulare sibi contingat, laicales vestes induit. Sed forte accidit ut nonnulli illius furfuris viri, eo viso, in suspicionem veniant quod is e religiosa familia sit. Quapropter in Christum ejusque religionem blasphemias congerentes in eum irruunt, sciscitantes sitne sacerdos, an religiosus? Ipse utrumque denegat ; et adhuc instantibus utrum sit catholicus, et papista, respondet, se evangelium profiteri, haud vero esse papistam, seu ut vulgo dicitur *caccialepre*, factoque impetu fugam arripit, ita ut nonnisi per miraculum sibi evasisse videatur. Post hæc domi manere statuit. Nihilominus ob gravissimum negotium noctu ei egrediendum domo fuit. At majori diligentia cavet ne detegatur : vestibus quibus induitur, et præsertim pileo, signa apponit quibus sectarii ad se distinguendos religionis odio uti solent. Adhuc si casus ut antea eveniat, se, ut pro hebræo habeatur, curaturum esse proponit. Res juxta prævisa accidit. Itaque interrogatus essetne catholicus, respondet, se optimum reipublicæ civem esse. At simul hæc, et similia verba tali pronuntiatione profert, ea nempe pronuntiandi ratione, qua Romæ hebræi ex vulgo loquuntur, ut unus ex persecutoribus ad suum socium versus : relinquamus, inquit, eum : hebræus est. Postea de suo casu cum suis sociis Titius ridet : verum isti secum quærunt :

1° *An et quando sit obligatio exterius profitendæ fidei?*

2° *An Titius obligatus fuerit ad fatendum se esse catholicum, ita ut potuerit cætera negare vel dissimulare?*

3° *Utrum et quæ signa ad sese occultandum catholicus evitare debeat?*

## XIV.

Die 20 Julii 1874.

Titius artis musicæ magister Cajo e protestantium secta domum qua inhabitat ex parte locat. Hac de causa cum eo, qui licet

acatholicus esset tamen honestus sibi videtur, amicitiam contrahit. Itaque quoties a Cajo invitatur secum deambulatum ire non recusat : imo eum ad ecclesiam suæ sectæ comitatur. Curiositatis autem gratia in illam sæpe ingreditur, et cæremoniis quæ ibi peraguntur adstat, necnon concionibus semel aut iterum audit. Præterea amici precibus victus organum pulsat, quod etiam acatholici modo ad cantus adhibent, et eorum ritus comitatur. Paulo post cum Cajus in gravem morbum incidisset, Titio petit ut ad se suæ religionis ministrum adducat. Is contra ad proprium parochum accedit, ab eoque, cum consilium postularet, accipit nefas esse illum accersire. Domum reversus ministrum ab alio advocatum ingredientem miratur, illum tamen depellere non audet. Paulo post Cajus moritur, isque ad ejus funus invitatus inter magnam amicorum catervam cadaver ad sepulchrum comitatur, ejusque depositioni adest. Hujusmodi vero extremo erga amicos officio quandoque Titius fungitur, etiam erga catholicos qui Ecclesiæ omisso ritu, omnique religionis signo rejecto, comitantibus sive artificum sive politicorum societatibus, civiliter, uti dicunt, ad sepulchrum deducuntur. In confessione paschalis temporis hæc omnia confessario enarrat, qui secum quærit :

1° *Quænam communicatio cum schismaticis et hæreticis sit catholicis interdicta?*

2° *Quid de singulis in casu sentiendum?*

3° *Quid de catholicorum funeribus Ecclesiæ ritu rejecto?*

## XV.

Die 3 Augusti 1874.

Romæ plures judæi, qui olim intra claustra a christianis separati degebant, modo nedum mixti vivunt cum christianis, sed iisdem etiam juribus, et gratiis fruuntur : ex quo factum est, ut inter fideles, et judæos orta sit familiaritas. Hoc commovet Titium, qui in excipiendis fidelium confessionibus singulis diebus assiduus in quosdam incidit pœnitentes, qui familiariter hebræis utuntur. Quare dubitans quonam modo cum iis sese gerere debeat amicum

suum theologum adit, eique hosce casus exponit. Quidam dives mercator duos habet famulos judæos, qui una cum aliis famulis in eadem domo commorantur; a judæis mercatoribus ad convivia sæpe invitatus in iis azyma manducat, eosque etiam ad convivia invitat; et si in morbum incidat medicum judæum a cersit, et a mercatore hebræo medicinam sibi petit. Insuper quædam fœmina christiana judæorum filium in sua propria domo lactat : filiam autem suam scholæ, cui mulier hebræa ut magistra præest, quominus intersit non impedit. Simili tandem modo vir christianus judæo ditissimo inservit, tum in expediendis negotiis, tum in re familiari curanda, et inde largum stipendium recipit, quo familiam suam pro dignitate sua alat. His expositis, Titius ab amico quærit :

1° *Quibus in casibus communicatio fidelium cum infidelibus vetita sit ?*

2° *Quid de singulis in casu sentiendum ?*

3° *Quid pœnitentibus, ut in casu, sit præscribendum, quid consulendum ?*

## XVI.

Die 17 Augusti 1874.

Titius in tanta rerum perturbatione, ex qua innumeris malis Ecclesia undique premitur, religionis zelo succensus nullum non admovet lapidem, ut miserentis Dei clementia ad remedium afflictis rebus adhibendum moveatur. Quamobrem orationibus, jejuniis, et sacramentorum frequentiæ operam navat : ex quo fit, ut cuilibet societati, quæ inter catholicos instituitur, ut malis præsertim moralibus, collatis viribus, medeatur sese adscribit. Is præterea, ad impedienda infortunia, quæ sibi imminent, etiam, atque etiam Deum adprecatur. Veruntamen cum omnia frustra moliri, atque Ecclesiæ, suamque rem in pejus labi cognoscat : dum e contra persecutoribus omnia prospera cedunt, despondenti animo, ita secum ratiocinatur. Deus equidem suam Ecclesiam destrui non sinet, ita ut tempore probationis expleto victoriam

luculentissimam sit ei daturus : manent enim verba : *portæ inferi non prævalebunt.* Attamen non eo loco res posita mihi videtur, ut nostris exoratus precibus probationis diebus maturius quam velimus finem allaturus sit : ergo ejus voluntas fiat. Tanto autem cordis mœrore premitur, ut ex hac animi dejectione omnia pia opera extraordinaria omittat. Cum igitur piorum virorum societates non amplius, ut antea, frequentet, impellente otio in gravem peccandi occasionem incidit. Timet sane Dei offensam, sed in spem erectus, quod ipse bonus eam sibi sit condonaturus, liberrime peccat. Postea se piget id admisisse, præsertim propter ruborem quem necessario in confessione peragenda pati debet. Quare ad confessionem agendam moras trahit : sed interim eamdem tentationem expertus, ei tandem indulget, ex eo quod idem erit pudor vincendus, dum confessarius sive per unam sive per alteram vicem admissum a se facinus cognoscat. In confessione vero peragenda hosce animi sui sensus ingenue aperit. Hinc confessarius secum quærit :

1° *Quod sit objectum spei theologicæ ?*
2° *Quomodo contra spem peccari possit ?*
3° *An et quoties Titius in spem peccaverit ?*

## XVII.

Die 31 Augusti 1874.

Titius libris cujuscumque generis legendis operam dare solitus, postremis vitæ suæ annis totus hæret in asceticorum operibus pervolvendis. Interim accidit, ut ad mortem ægrotet. Parochus accitur, eumque hortatur ad sacramenta suscipienda, seque per theologarum virtutum actus pie ad mortem disponendum. Ægrotans inter suspiria et lacrimas, se frustra hæc omnia facturum respondet, cum non posset adeo Deum amare quemadmodum theologi docent ; ut scilicet toto corde debeat homo in Deum se ferre, ejus tantummodo bonitate inspecta, secluso omni mercedis intuitu et consideratione. Itaque subjungit se duobus ab hinc annis a sacramentis abstinuisse, neque ullum amoris actum edidisse;

sed eo tantum contentum fuisse, ut missam devote audiret, et aliquas preces quotidie funderet ad auxilium pro mandatis exequendis implorandum. Nunc vero desperantem se posse, ut christianum hominen decet, amoris in Deum actum elicere, prorsus spem omnem salutis æternæ adipiscendæ abjecisse. His auditis, parochus eum una cum suis theologis errare, et doctrinam sequi periculosam damnatamque exclamat. Titium deinde solatur, quod illis religionis actibus, quos enarraverat, præcepto caritatis in Deum satisfecisse sibi videatur. Ad hanc doctrinam declarandam, et confirmandam plura addit, quibus infirmus quiescere apparet. Sed paullo post cuidam sacerdoti, qui ad eum invisendum venerat, doctrinam a parocho acceptam exponit. Hic, qui theologum præ parocho se esse gloriatur, secum quærit :

1° *In quonam sit reponenda caritatis erga Deum essentia, ut virtus sit theologica ?*

2° *Quando ejus præceptum urgeat, et quomodo ei satisfiat ?*

3° *Quid in praxi de doctrina, et agendi ratione parochi statuendum in casu?*

## XVIII.

Die 15 Septemb. 1874.

Titius, qui inter ditissimos urbis viros adnumeratur, ex statui superfluo magnas divitias quotannis congerit, quin tamen eas in pauperum eleemosinas elargiatur. Publice enim vel ostiatim mendicantibus nunquam stipem præbet; quia deceptores eos habet : itemque religiosis ; quia otiosi sibi videntur : neque alicui familiæ necessitatem gravem patienti ; quia nimis Romano Pontifici adhæret. Tantummodo singulis mensibus aliquam non gravem pecuniam quibusdam societatibus concedit, quæ vulgo dicuntur di *soccorso* : id autem magis ex affectu in politicas novitates, quam christiana caritate compulsus. Hæc omnia ejus uxori inter fœminas piissimæ apprime innotescunt. Dolet ipsa de sui viri agendi ratione, timens ne ex eleemosinarum omissione futura mala familiæ suæ obveniant. Una enim eleemosina a malo liberat,

et quandoque Deus peccata patris in filiis punit. Hinc, quantum in se est, egentibus succurrit, in eorum solamen omnia impendit, quæ juxta suum statum elargiri potest. Verum innumeris necessitatibus, quibus modo societas versatur, inspectæ familiæ suæ divitiarum copia, ne dicam paria, sed levissima sunt. Hinc quædam et quidem gravia a viro suo surripere, ejusque vice in eleemosinas dare sibi fas esse existimat. Eadem vero principiis viri sui prorsus adversa in elargiendis eleemosinis eas familias, quæ ad liberiores institutiones inclinant, excludit, licet aliqua ex eis extrema inopia laboret. Post aliquod tempus scrupulis agitata, rem confessario enarrat. Hic secum quærit :

1° *An, quando, et qua mensura eleemosinæ faciendæ præceptum urgeat ?*

2° *An et semper pauperes minus honesti excludi debeant ?*

3° *An Mæriæ eleemosinam elargiendi ex bonis mariti potestas sit : et quatenus affirmative, qua in quantitate ?*

---

# CONFÉRENCES ROMAINES.

## QUÆSTIONES LITURGICÆ DE ORATORIIS.

*De quibus deliberabitur in Academiæ liturgicæ conventibus quos, auspice viro Emo Constantino Patrizi Episcopo Ostien. et Veliternen. S. R. E. Cardinali, sacr. Card. Coll. Decano, sacros. patriarchalis Basilicæ Lateranensis archipresbytero, sac. rituum Cong. Præfecto et sanctissimi domini nostri Pii PP. IX Vicario Generali, Romæ in ædibus præsbyterorum missionis prope curiam innocentianam habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.*

### MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam habere collationem debeant, meminerint illud, quod nostro in cœtu semper solemne fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda.

### I.

Die 27 Novembris 1873, hora 2 3/4 a meridie.

Cum a triennio Ambrosius nobilis vir gravi ac diro morbo decumberet, de hoc præ cæteris, pro animi sui pietate, afficiebatur mœrore, quod eucharistico sacrificio adesse prohiberetur. Occasionem itaque nactus qua Petrus finitimæ diœcesis Ordinarius, et nuper suæ diœcesis administrator renunciatus, sacræ visitationis causa illuc advenerat, eum enixe rogavit, ut extremis hisce peregrinationis suæ diebus, in propinquiori cubiculo missæ celebrationem aliquoties saltem in hebdomada ei vellet indulgere. Anceps aliquantulum hæsit Petrus, veritus ne dum piis Ambrosii votis satisfaceret, facultatis suæ hac super re limites excederet. At vicarius generalis, qui et ipse aderat, in iis rerum adjunctis illud ab eo permitti posse opinabatur, eo vel maxime quod defuncti ejus-

dem parentes oratorii privati privilegio jam a Sancta Sede ditati fuerant. Qua de re Petrus perlibenter annuit ut oratorium ad ipsius Ambrosii mentem erigeretur pro unica missa quotidie celebranda. Post aliquot autem dies ingravescente morbo, parochus, ea fretus facultate, missam ibidem celebrans, sacram eucharistiam ad modum viatici ægroto administravit : quinimo eo insequenti die summo mane e vivis sublato, missam de requiem ut in die obitus ibidem pariter celebravit antequam e domo defuncti discederet.

Quæritur :

1° *Quid veniat nomine* oratorii *juxta primævam et vigentem Ecclesiæ disciplinam ?*

2° *In quo differat publicum oratorium a privato seu domestico; hocque ab ara viatoria sive altare portatili ?*

3° *Cui competat jus facultatem oratorii privati concedendi : et num etiam Episcopis vel aliis jurisdictionem habentibus aliquando tribuatur ?*

4° *Quid ergo dicendum de singulis in casu propositis ; deque Episcopi, vicarii et parochi agendi ratione ?*

## II.

Die 18 Decembris 1873, hora 2 3/4 a meridie.

Emenso studiorum curriculo ac sacerdotio nuper initiatus Henricus, e sua ultramontana diœcesi per illustriores Italiæ civitates iter agressus, Romæ tandem consistens, cum Archangelo viro regulari sibique familiari de variis quos conspexerat usibus sermonem instituit. Et præ cæteris admiratione dignissima sibi videbantur quædam domestica oratoria. A nobilioribus enim familiis, penes quas amicitiæ gratia fuerat diversatus, pluries rogatus ut in privato eorum sacello sacrum faceret, compererat, illud sæpe efformatum esse a prægrandi quodam ligneo armario, postibus obserato, in altera ex aulis vel cubiculis et aliquando in ipsa bibliotheca disposito, nullum in exteriori facie religionis signum præferente, ita ut sacra actione peracta, clausis postibus, aula

Nec aliter ad hujus doctrinæ tramites judicavit S. Congregatio in causa OVETEN. *Missæ pro populo*, 28 novembris 1826, et in causa CAMERACEN, die 25 septembris 1858, in qua interrogata : « An parochus qui duas parochias regit et ideo bis in die celebrat, utrique parochiæ suam missam applicare teneatur, non obstante redituum exiguitate in casu? » Respondit : *Affirmative*. Idem declaratum invenitur in causa SALAMANTINA, 22 februarii 1862, et 21 martii 1862. Hujusmodi autem præceptum adeo urget ut pastores animarum teneantur etiam pro populo celebrare in festis a Pio VI suppressis, quia Ecclesia illis diebus solum eximit fideles ab obligatione audiendi missam et abstinendi ab operibus servilibus. Quare obligatio parochi pro populo celebrandi sicut antea urget, ceu revelant nonnullæ declarationes S. Pœnitentiariæ a Scavini, aliisque auctoribus relatæ. Nec secus dicendum de parochis Galliarum, qui tenentur applicare pro ovibus diebus festis suppressis aut in dominicam translatis ex concessione Pii VII, an. 1802. Patet ex variis decisionibus Sanctæ Sedis, præsertim ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii a Gregorio XVI approbata in responso ad Illmum D. Bouvier, Episcopum Cenomanensem data die 14 junii 1842, nec non ex responsione ad Archiepiscopum Tolosanum die 6 augusti 1842, iterum ex decisione S. Congreg. Concilii die 25 septembris 1847. Quapropter ut obligationi huic satisfaciat parochus, non illi sufficit applicare missam pro populo diebus dominicis, ad quas remittitur seu transfertur solemnitas suppressa, sed præterea tenetur applicare missam ipsa die, qua suppressorum festorum officia communiter in Ecclesia recitantur.

Patet apertissime ex declaratione S. Congregationis Concilii die 25 septembris 1847, et præsertim ex Constitutione Pii IX *Amantissimi* 3 maii 1858, quæ ait : « Hisce litteris declaramus, statuimus atque decernimus, parochos aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum missæ sacrificium pro populo sibi commisso celebrare et applicare debere, tum omnibus domi-

nicis aliisque diebus, qui ex præcepto festorum numero sublati ac translati sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum Urbani VIII Constitutio *Universa* anni 1642 in pleno suo robore vigebat, antequam festivi de præcepto dies imminuerentur et transferrentur. Quod vero attinet ad festos translatos dies, id unum excipimus, ut scilicet, quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in dominicum diem, una tantum missa pro populo sit a parochis applicanda, quandoquidem missa, quæ præcipua divini officii pars est, una simul cum ipso officio translata existimari debet. »

Verumtamen rationum momenta ab Episcopo in supplici libello prolata tanti esse videntur, ut ejus petitionem excipi posse putarem. Sane quod attinet ad facultatem, quam postulat Episcopus dispensandi ab applicatione secundæ missæ pro populo, necessitas ipsa id postulare videtur. Ait enim Episcopus, quod quando parochus non potest celebrare vel non potest se conferre ad secundam parœciam, tunc fere impossibile est alium mittere sacerdotem : 1° Quia sæpissime deest alter presbyter. 2° Quia quando agitur de intemperie vel infirmitate subitanea, deest tempus ad supplendum per alium, si revera adsit alter. 3° Quia quando agitur de infirmitate vel alio impedimento diutino, non potest suppleri nisi per parochum viciniorem, qui post celebratam primam missam in sua parœcia celebrat secundam in parœcia principali unita. Jam vero principium certissimum est ad impossibile neminem teneri. Necessario igitur videtur concedenda facultas Episcopo Catalaunensi dispensandi in expositis adjunctis cum parochis impeditis diebus dominicis vel festis a celebranda secunda missa pro populo. Paucitas vero redituum postulare videtur, ne parochus alteram missam pro populo teneatur applicare in hebdomada, siquidem facultas dispensandi a secunda missa pro populo ob illam tenuitatem concessa sit pro diebus festis suppressis.

Præterea novum non est penes hanc S. Congregationem ut justis de causis id concedatur. Sane ita factum fuisse patet ex decisione S. Congregationis in MINDONEN die 20 julii 1854, inter *Summaria precum* proposita.

Quoad vero sanationem circa missas non celebratas pro populo secundæ parœciæ diebus festis suppressis, quæ applicari debuissent in hebdomada, videtur etiam concedenda, habito respectu ad redituum paucitatem et ad praxim S. Congregationis, uti videre est in causis supra relatis.

Cum itaque in themate particulares circumstantiæ parochis favere videantur, et alioquin Episcopus eam indulgeri posse affirmet, haud ambigendum videretur, ut petitio Episcopi Catalaunensis in omnibus benigne accipiatur.

Quare, etc.

S. Congregatio Concilii rescripsit : « Quoad absolutionem, celebrata ab unoquoque parocho una missa, pro gratia absolutionis, super enuntiatis omissionibus. Quoad vero dispensationem, Episcopo pro facultate dispensandi juxta petita et in circumstantiis taxative inibi expressis, onerata ipsius Episcopi conscientia, ad quinquennium, facto verbo cum SSmo. Die 9 maii 1874. »

Nous avons emprunté cette pièce aux *Annales catholiques* de M. J. Chantrel [1]. Dans un numéro suivant, nous trouvons quelques réflexions de M. l'abbé T., qui soulève des doutes sur la portée de ces décisions. Il lui semble qu'elles n'atteignent que les ecclésiastiques qui possèdent un double bénéfice ; et non les curés qui ne sont titulaires que d'une seule paroisse, quoiqu'ils soient chargés du soin d'une succursale voisine, privée de son recteur ; car ils ne sont pas titulaires de cette dernière, et n'en retirent pas les émoluments attachés au titre. Ils ne reçoivent qu'un supplément de 200 francs pour être défrayés à raison de la peine ou de la dépense qu'ils s'imposent pour se déplacer. Aussi, d'après les principes de Gousset et d'autres théologiens français qui connaissent bien cette situation de nos succursalistes, ces derniers ne seraient pas tenus,

(1) Tom. IX, pag. 551.

dans le cas exposé, à appliquer la seconde messe *pro populo* [1].

Il n'est pas clair, ajoute M. l'abbé T., que la S. Congrégation, exactement informée de la situation de nos succursalistes, ait voulu les assimiler aux prêtres qui ailleurs posséderaient simultanément deux bénéfices [2]. D'où il propose de compléter la décision, en soumettant à la S. Congrégation les deux questions suivantes :

1° Utrum parochus duas simul regens parochias, pro una dumtaxat percipiens consueta Gubernii emolumenta, teneatur duas pro populo missas applicare, diebus dominicis et festis jure indicatis : unam scilicet pro parochia cujus titulum retinet; alteram pro alia quam actu regit, etsi ejusdem titulum non habeat, nec consueta Gubernii emolumenta accipiat?

2° Utrum, supposita affirmativa solutione, idem sacerdos teneatur ad secundam missam in hebdomada populo applicandam, si, ob legitimam causam, non potuerit eamdem celebrare ipso die dominico aut festo?

Nous croyons inutile de présenter ces deux questions à la S. Congrégation : elle les a suffisamment résolues dans ses décisions antérieures. Ainsi dans la cause de Cambray, elle a décidé que le curé, qui est à la tête de deux paroisses, doit célébrer ses deux messes à l'intention des deux peuples, nonobstant la modicité de ses revenus [3].

Qu'on n'objecte point qu'il s'agit dans ce doute d'un curé titulaire de deux paroisses. Le rapport du Secrétaire de la

(1) *Ibid.*, pag. 701. (2) *Ibid.*, pag. 702.

(3) « An parochus, *portait le premier doute*, qui duas parochias regit, et ideo bis in die celebrat, utrique parochiæ suam missam applicare teneatur, non obstante redituum exiguitate in casu, etc. — Die 25 septembris 1858, Eminentissimi Patres rescripserunt : — Ad. I. Affirmative. » Cf. Lucidi, *De visitatione sacrorum Liminum*, vol. III, pag. 293; *Analecta juris Pontificii*, série IV, col. 1353.

S. Congrégation prouve à l'évidence que le cas dont s'occupe M. l'abbé T. était également compris dans la demande [1], et la S. Congrégation, sans tenir aucun compte de la modicité des revenus, décrète l'application des deux messes.

Il y a mieux : le cas, tel que le désire M. l'abbé T., a été soumis à la S. Congrégation, ainsi que l'atteste Mgr de la Rochelle. Le même Evêque nous apprend en même temps que, d'après la décision de la S. Congrégation, le curé chargé de desservir provisoirement une paroisse vacante, doit appliquer ses deux messes pour le peuple des deux paroisses. L'Evêque montre ensuite combien cette obligation est exorbitante, les curés ne recevant de ce chef que 150 à 200 francs, somme à peine suffisante pour couvrir les frais de déplacement ou visite à la paroisse vacante. En conséquence il demande que le Saint-Siége adoucisse cette obligation pour les curés de son diocèse. La S. Congrégation, eu égard aux circonstances spéciales, donna l'absolution pour le passé à condition que chaque curé célébrerait une messe; et donna à l'Evêque le pouvoir de dispenser pendant cinq ans, excepté à certaines fêtes solennelles, où l'obligation d'appliquer les deux messes fut maintenue. Cette décision, en date du 8 juillet 1843, nous prouve que, aux yeux de la S. Congrégation, l'obligation d'appliquer les deux messes dans le cas de M. l'abbé T. est incontestable.

S'il est obligé d'appliquer les deux messes, il suit que, quand il est empêché de dire une seconde messe le dimanche ou un jour de fête, il doit suppléer pendant la semaine ; la dé-

(1) L'Archevêque de Cambray parlait, du reste, lui-même expressément de ce cas. « Pastores, *disait-il*, et vicarii, qui duabus distinctis et distantibus deserviunt ecclesiis, sive in eadem parochia, sive in diversis vicis positis, sive illarum una in altera parochia pro tempore pastore orbata existat... » Cf. Lucidi, *Loc. cit.*, pag. 290. On ne peut donc prétendre que la décision donnée pour Cambray soit étrangère à notre cas.

cision du 18 juin 1873 (pag. 575, ci-dessus), ne laisse aucun doute à cet égard.

Voici maintenant le texte de la demande de Mgr de la Rochelle, et la réponse qu'elle reçut.

RUPELLEN.

*Die 8 julii 1843.*

Cum in regno Galliarum sæpe eveniat, ut vacantibus parœciis præficiantur rectores finitimarum plebium, qui facultatem binandi diebus festis obtinent, dubium exortum est, num utramque missam pro respectivo populo applicare debeant, an satis sit, ut primam tantum in genere pro ovibus sibi sive ad tempus sive perpetuo commissis applicent. Re ad S. Congregationem delata responsum fuit, parochum teneri ad utriusque missæ applicationem : primam quidem pro suis parœcianis; alteram vero pro ovibus alterius vacantis parœciæ suæ curæ ad tempus commissæ; tam ratione habita ad diversitatem parœciæ quam ad peculiare alterum stipendium quo augetur, nec non ad dispositionem Constitutionis san. mem. Benedicti XIV, *Cum semper oblatas.*

Nihilominus Episcopus Rupellen. in Urbe præsens exponit, nimis gravem esse hanc obligationem iis parochis suæ diœcesis, qui alteram parœciam vacantem administrant, utpote qui vix gallicas libellas 150 vel 200 pro labore extraordinario recipiunt, quæque vix sufficiunt pro expensis præsertim frequentis accessus ad parœciam vacantem. Petit hinc a S. Sede, ut mitius agatur cum parochis hujusmodi, sive quoad præteritum, sive quoad futurum.

Attentis peculiaribus circumstantiis, consulendum Sanctissimo pro facultate Episcopo, tam absolvendi super præteritis omissionibus, celebrata unica missa, supplendo de thesauro Ecclesiæ, quam dispensandi ad quinquennium cum parochis, qui alteri parœciæ vacanti præficiuntur, super applicatione alterius missæ pro populo diebus festis etiam suppressis a san. mem. Pio VII,

dummodo in festis Nativitatis et Ascensionis D. N. Jesu Christi, nec non Paschatis Resurrectionis et Pentecostes, atque Assumptionis B. Mariæ Virginis, et Omnium Sanctorum, alteram missam applicent pro altera plebe sibi ad tempus commissa, firmo in his diebus onere applicationis primæ missæ pro aliis ovibus propriæ parœciæ.

---

# ÉTUDE SUR LES ORATOIRES PUBLICS.

## 2e ARTICLE [1].

SOMMAIRE. — A partir de l'époque de Charlemagne, on distingue les diverses espèces d'oratoires. 14. — Oratoires semi-publics de l'aveu des auteurs. 15. — Exemples, tirés de S. Grégoire de Tours. 16. — De S. Grégoire le Grand. 17. — Règles établies en Orient. 18. — Règles en France. 19. — Abus en France. 20. — On essaye d'y obvier en Orient. 21. — Jurisprudence reçue sous Charlemagne et ses successeurs. 22. — Les conditions imposées alors entrent dans le droit de l'époque. 23. — Vingt-deux extraits de synodes ou de Constitutions du 13e et du 14e siècle, concernant la matière traitée. 24. — Fait curieux en Bretagne. 25. — Oratoires publics strictement dits, au temps de S. Grégoire. 26. — Dans les monastères, jusqu'au 12e siècle, les oratoires n'étaient pas publics. 27. — Oratoires privés devenus publics. 28. — Oratoires ou églises dans les Capitulaires : difficulté de les distinguer. 29.

14. C'est surtout aux yeux de celui qui étudie l'antiquité ecclésiastique, que brille de tout son éclat cette vérité, aussi admirable que consolante pour le chrétien, savoir que la religion a été établie d'un seul jet. Il n'y a rien de nouveau dans l'Eglise, depuis le temps des Apôtres ; et en fait de discipline comme dans les dogmes, les institutions, qui semblent le plus du siècle, qui répondent le mieux aux besoins de l'époque, ne sont que le développement, l'évolution de ce qu'on trouve déjà existant dans les premiers siècles de l'Eglise. Il en est des oratoires, comme des ordres religieux, des missions, des colléges, des hôpitaux. Nous l'avons démontré dans l'article précédent.

(1) Voir *Nouvelle Revue théologique*, tome VI, page 167 et ss.

Les oratoires existaient dès les premiers siècles. Seulement ils étaient peu distincts entre eux, et il arrivait fréquemment que par le malheur du temps, lorsque les persécutions recommençaient à sévir, ce qui n'était destiné qu'à servir de lieu secret de prières pour une famille chrétienne, devait subitement devenir une église, ou le lieu de réunion de tous les fidèles.

Vers le temps de S. Grégoire, la confusion commence à disparaître, et à partir de Charlemagne les caractères des diverses espèces d'oratoires se dessinent avec assez de netteté pour qu'on les puisse classer.

C'est la remarque du savant Thomassin [1] : « D'après les Capitulaires, il y avait deux ou trois sortes de chapelles. Les unes étaient des églises bâties par des particuliers sur leur propre fonds, et dans celles-là l'Evêque devait arborer la croix et traiter avec les fondateurs des revenus qu'ils assignaient à l'église. Les autres étaient des chapelles domestiques dont il y avait deux espèces : les unes pour les prières de la famille, et pour celles-là il ne fallait ni dotation, ni autorisation de l'Evêque. Les autres étaient destinées au saint sacrifice, et leur fondation était approuvée par l'Evêque : « Qui in domo « sua oratorium habuerit, orare ibi potest. Tamen non potest « in eo sacras facere missas sine permissione Episcopi. »

« Plusieurs de ces chapelles étaient véritablement des annexes ou succursales. Hincmar de Reims témoigne que celle, pour laquelle il eut une si longue contestation avec l'Evêque de Laon son neveu, était unie à une église paroissiale. Les dîmes étaient données au curé qui y célébrait, ou y faisait célébrer la messe. Les habitants ayant cessé de payer ces

(1) *Ancienne et nouvelle discipline de l'Eglise*, édit. 1725, part. 1, livre 2, chap. 95, num. 7 et 9.

dîmes, on les priva de la messe, mais pendant ce temps, Hincmar assure qu'on ne refusa à personne ni le baptême, ni la communion. » Or il est bien certain qu'une église où l'on donnait le baptême et la communion n'était pas un simple oratoire, mais une église paroissiale ou succursale.

Avant de suivre pas à pas le développement des diverses sortes d'oratoires pendant la période qui sépare l'ère des persécutions du Concile de Trente, faisons une remarque très-importante, sur laquelle nous aurons à revenir du reste plus longuement.

15. De l'aveu de M. le docteur Van Gameren, un oratoire, qui sans cela eût été rangé dans la catégorie des oratoires privés, devient un oratoire public dès qu'il est consacré [1]. De même un oratoire, quoiqu'il ne soit pas séparé de la maison d'habitation, doit être classé parmi les oratoires publics, s'il possède un bénéfice, et est conféré en titre [2].

Or, on en aura tout à l'heure la preuve, la plupart des oratoires que Gattico et, à sa suite, bon nombre d'auteurs traitent comme des oratoires privés, sont en réalité, non pas des oratoires publics, comme les appelle M. Van Gameren, mais des oratoires semi publics, distincts des oratoires privés, ou parce qu'ils ont été consacrés, ou parce qu'ils possèdent un bénéfice qui leur est annexé. Quant aux oratoires privés proprement dits, le nombre en est excessivement restreint.

On en rencontre toutefois un exemple çà et là. La mère de S. Grégoire de Tours s'était fait un oratoire dans l'intérieur de sa maison, et y avait placé des reliques de saint Eusèbe de Verceil. « Hujus sancti reliquias mater mea in oratorio suæ domus locavit, » dit le saint historien [3]. En un autre endroit,

(1) *De oratoriis privatis et publicis*, pag. 52 et 54.
(2) *Ibid.* pag. 53.
(3) S. Gregor. Turon. *De Gloria confess.*, cap. 3, édit. Migne, col. 832.

il parle d'un certain Cordégisile, qui l'avait invité à visiter son oratoire [1]. « Cordegisilus... susceptis nobis ad domum suam, invitat ad oratorium quod mater ejus ædificatum beati Martini reliquiis consecravit. » Ce sont les seuls passages où il soit fait mention d'oratoires véritablement privés. Dans tous les auteurs que nous avons parcourus, il s'agit d'oratoires séparés des habitations, ou desservis par des prêtres, ce qui les range dans une autre catégorie. Nous en donnons deux ou trois exemples.

16. Voici, dit-il [2], comment se révéla le saint confesseur Valère. « Nam oratorium super se constructum prius habuit; sed per incuriam ruens, oblivioni datum est, quo loco requiesceret. Hoc tantum ab incolis ferebatur quod fuisset ante sanctum altare sepultus. Adveniens autem Theodorus Episcopus, oratorio ipso in majori spatio ampliato, magnam effecit basilicam. »

Ailleurs le saint raconte un événement qui le remplit de terreur, lorsqu'il se mettait en devoir de consacrer un oratoire construit par ses amis [3].

« De oratorio autem nostro in quo reliquiæ sancti Saturnini martyris ac Martini Antistitis cum Illidio confessore vel reliquorum sanctorum collocatæ sunt, pro instructione credentium narrare aliqua non pigebit... Concepit enim animus ut cellulam valde elegantem, quam sanctus Eufrenius ad usum promptuarii habuerat, ad opus orationis fideliter dedicarem. Qua diligenter composita, et altari ex more locato, ad basilicam sanctam vigiliis noctem unam ducentes, mane vero venientes ad cellulam, altare quod erexeramus sanctificavimus. »

(1) *De miraculis S. Martini*, lib. 3, cap. 51. *Ibid.* col. 986.
(2) *De gloria confess.*, col. 892. (3) *Op. cit.*, col. 842.

On rencontre encore de nombreux passages où il est question d'oratoires, dans les œuvres du saint Evêque, tels que ceux-ci [1] : « Erat enim super eum (S. Patroclum) oratorium in quo unus tantum clericus serviebat..... Tunc, inspirante divinitate, sacerdos Dei basilicam (oratorium) in honore beati Hilarii Pictaviensis eminus ab ora stagni ædificavit, in qua reliquias ejus locavit..... Igitur Turnico oppido oratorium erat propinquum, situm in villa Martiniacensi, in quo celebre ferebatur sæpius orasse Martinum..... Is, inspirante Deo, de eleemosynis devotorum, apud Brivas vicum, in honore sancti ac beatissimi Martini Antistitis oratorium ædificavit..... Locus ille secus fluvium in quo oratorium facere computabam, jucundus est valde. Ideo rogo ut quod ego volui, tu expleas, atque illuc ossa mea transferre non abnuas. »

17. S. Grégoire le Grand, contemporain de l'illustre Evêque de Tours [2], signale, dans une foule de ses lettres, les deux espèces d'oratoires publics dont nous avons parlé. Ces oratoires ne sont pas privés, puisqu'ils sont consacrés et que des prêtres y sont attachés, ou du moins délégués pour y célébrer les saints mystères. Il y en a même qu'on pourrait décorer du nom d'église, puisque les prêtres chargés de les desservir avaient le droit d'y administrer le baptême. Observons, pour l'intelligence de ces textes, qu'un prêtre cardinal est un prêtre attaché au service de l'oratoire, un bénéficier. Que par solennité de messes, il ne faut pas entendre des messes chantées solennellement avec diacre et sousdiacre, mais les messes chantées par l'Evêque avec tout son clergé, ou par son délégué dans un canton pour tous les prêtres et laïques des diverses paroisses de ce canton. Il sera inutile, nous paraît-il, de dis-

(1) *Op. cit.*, colon. 763, 831, 835, 887, 1064.

(2) S. Grégoire le Grand fut élevé sur le siége de S. Pierre, en 590, et S. Grégoire de Tours mourut en 595.

tinguer les rescrits qui se rapportent à des oratoires publics. Le lecteur intelligent les reconnaîtra aisément.

Quoniam in insula Corsica, in loco Nigeano, in possessione quæ Cellascupias appellatur, juris sanctæ Romanæ cui Deo adjutore deservimus Ecclesiæ, basilicam cum baptisterio in honorem beati Apostolorum Principis Petri atque Laurentii martyris, pro lucrandis animabus fundari præcipimus : idcirco Fraternitatem tuam his hortamur affatibus, quatenus ad prædictum locum debeat incunctanter accedere et venerandæ solemnia dedicationis impendens prædictam ecclesiam et baptisterium solemniter consecrare te volumus. Sanctuaria vero suscepta summa cum veneratione collocabis [1].

Miramur Fraternitatem vestram, quod serie præcepti neglecta, quod ad Vos sanctæ memoriæ decessor noster dederat, monasterium a Joanne, præsentium portitore, constructum, aliter quam antiquæ consuetudinis usus exigit consecrares. Dum etiam in eodem præcepto inter alia mandatum sit ut locum ipsum absque missis publicis dedicares ; ut ad Nos pervenit, cathedra posita sacra illic publice missarum solemnia celebrantur. Quod si verum est, his Vos hortamur affatibus, ut omni excusatione cessante, cathedram vestram exinde amoveri modis omnibus faciatis, nec denuo illic missas publicas peragatis, sed et sicut consuetudo et tenor præcepti eloquitur, si missas ibidem sibi celebrari voluerint, a te presbyter dirigatur [2].

Valerianus notarius ecclesiæ Firmanæ Fraternitatis tuæ petitoria nobis insinuatione suggessit, quæ habetur in subditis, in fundo visiano juris sui, juxta muros civitatis Firmanæ oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honorem beati martyris Savini desiderat consecrari. Et ideo, Frater carissime, si in tuæ parochiæ memorata constructio jure consistit, et nullum corpus ibi constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est

(1) *Ad Petrum Episcop. Aleriensem.* lib. v, epistol. 22, Labbe-Coleti, tom. vi, colon. 941.

(2) *Ad Felicem Episc. Pisaurensem*, lib. v, epist. 41, *ibid.*, colon. 955.

in reditu solidos tres liberos a tributis fiscalibus gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabis : ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum noverit postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus præsumatur. Sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis[1].

Lator præsentium filius noster Aurelius presbyter, e partibus Galliæ veniens, petiit ut sicubi in possessionibus beati Petri Apostolorum Principis oratorium aut locus qui presbytero vel abbate indiget inveniri potuerit, ei debeat committi[2].

Presbyterum quoque te illic constituere volumus cardinalem,ut quotiens præfatus conditor fieri sibi missas fortasse voluerit, vel fidelium concursus exegerit, nihil sit quod ad missarum sacra exhibenda solemnia valeat impedire[3].

18. La plupart des oratoires en Orient étaient publics,et même souvent desservis par des prêtres qui en étaient bénéficiers. Nous trouvons dans les Novelles de Justinien des dispositions relatives à ces oratoires érigés ordinairement par des particuliers. Cet empereur autorise la construction de tels oratoires, pourvu que le prêtre soit approuvé par l'Evêque, et entretenu par le possesseur de l'oratoire[4]; car s'il interdit « omnibus Constantinopolæ urbis habitatoribus, magis autem totius reliquæ ditionis, in domibus suis habere quasdam quasi orationum domos, et in his sacra celebrare mysteria; et hinc fieri quædam catholicæ et apostolicæ traditioni extranea ;» il permet aux laïques d'avoir auprès de leurs maisons et de leurs terres des

(1) *Ad Passivum, Episcop. Firmanum,* lib. VII, epist. 72, *Ibid.* colon. 1053.

(2) *Ad candidum presbyterum,* lib. IX, epist. 65, *Ibid.*, colon. 1200.

(3) *Ad Passivum,* lib. X, epist. 12, *Ibid.*, col. 1212.

(4) *Novell.* 58.

oratoires, « orationis videlicet solius gratia, et nullo celebrando penitus horum, quæ sacri sunt mysterii ; invidia enim nulla est si volunt. » Il leur accorde en outre la faculté d'y appeler des prêtres pour célébrer, à Constantinople « voluntate ac approbatione SS. Archiepiscopi, in provincia vero, amabilium Episcoporum. »

Voilà la disposition qui concerne tous les oratoires. Quant à ceux auxquels sont attachés des prêtres, il statue [1] : « Si quis domum oratorii fabricaverit, et voluerit in ea clericos ordinare, aut ipse aut ejus hæredes, si expensas ipsis clericis ministrant et dignos denominant, denominatos ordinari. Si vero qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent sacræ regulæ ordinari, tunc Episcopus quoscumque voluerit meliores ordinari procuret. »

19. Nous avons vu qu'en Occident, et particulièrement en France et en Italie, il existait un grand nombre d'oratoires dans les châteaux des laïques, où ils pouvaient aisément entendre la messe avec leur famille. Le concile d'Agde, au sixième siècle, avait accordé cette permission, moyennant l'obligation de se rendre à l'église paroissiale aux fêtes solennelles [2]. « Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit; reliquis festivitatibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familiæ, justa ordinatione permittimus. Pascha vero, Natale Domini, Epiphania, Ascensionem Domini, Pentecostem et natalem S. Joannis Baptistæ, vel si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut parochiis teneant. Clerici vero, si qui in festivitatibus, quas supra diximus, in oratoriis, nisi jubente aut permittente Episcopo, missas facere aut tenere voluerint, a communione pellantur. »

(1) *Novell.* 123, cap. 18.
(2) Anno 506, con. XXI, *Concil.* Labbe-Coleti, tom. V, colon. 525.

Cette règle s'étendit bientôt aux autres provinces de France, et nous la voyons, après un quart de siècle seulement, adoptée par le concile de Clermont en Auvergne, qui parle d'oratoires élevés dans les hameaux, *in villulis*[1]: « Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in civitate, neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans, in oratoriis, officio sancto deserviens, celebrat divina mysteria; festivitates præcipuas, Domini natale, Pascha, Pentecostem, et si quæ principales sunt reliquæ solemnitates, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in civitate teneat. Quicumque etiam sunt cives natu majores, pari modo in urbibus ad Pontifices suos in prædictis festivitatibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, eisdem festivitatibus, quibus in civitate adesse despiciunt, communione pellantur. »

Les choses allèrent même si loin, que les seigneurs ne se bornèrent pas à avoir près de leurs châteaux, à la campagne, des oratoires où l'on célébrait régulièrement les offices divins, mais qu'ils jouissaient même du droit d'ériger des églises succursales ou paroissiales dans leurs terres, pourvu qu'ils se chargeassent de fournir ce qui était nécessaire à l'entretien du prêtre attaché à l'une ou l'autre de ces églises. Le choix du prêtre appartenait même au seigneur laïque ; il lui était seulement défendu de prendre un étranger. Toute cette discipline nous est révélée par le quatrième Concile d'Orléans, tenu en 541[2]. « Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere diœcesim[3], primum et terras ei deputet sufficienter, et clericos qui ibidem sua officia impleant; ut sacratis locis reverentia

(1) Anno 535, can. 15, *Ibid.* colon. 952.

(2) Canon. 33, 26 et 7. Labbe, *Ibid.*, col. 1370-68-65.

(3) Ducange, au mot *Diœcesis*, entend par là une paroisse. Mais d'après les textes de divers auteurs qu'il apporte, on inclinerait plutôt à penser que ce terme signifie une église secondaire.

condigna tribuatur. — Si quæ parochiæ, in potentum domibus constitutæ sunt, ubi observantes clerici, ab archidiacono civitatis admoniti, secundum qualitatem ordinis sui, fortasse quod ecclesiæ debent, sub specie domini domus, implere neglexerint, corrigantur secundum ecclesiasticam disciplinam. Et si ab agentibus potentum, vel ab ipsis rei dominis, de agendo Ecclesiæ officio, in aliquo prohibentur, auctores nequitiæ a sacris cæremoniis arceantur; donec subsecuta emendatione, in pace ecclesiastica revocentur [1]. — Ut in oratoriis, domini prædiorum, minime contra votum Episcopi (ad quem territorii ipsius privilegium noscitur pertinere) peregrinos clericos intromittant; nisi forsitan quos probatos ibidem districtio Pontificis observare præceperit. »

20. Ainsi qu'il est naturel à l'homme désireux d'accroître toujours sa liberté, les seigneurs et les prêtres attachés aux églises rurales tentèrent de se soustraire à la juridiction et à l'autorité des archidiacres. Le Concile de Châlons-sur-Saône, tenu vers l'an 650, réprima ces prétentions, tout en respectant l'ordre de choses établi précédemment [2]. « Nonnulli ex fratribus et coepiscopis nostris residentibus, nobis in sancta synodo in querimoniam detulerunt: quod oratoria, per villas potentum, jam longo constructa tempore, et facultates ibidem collatas, ipsi, quorum villæ sunt, Episcopis contradicant, et jam nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deserviunt, ab archidiacono coerceri permittant. Quod convenit emendari; ita dumtaxat ut in potestate sit Episcopi, et de ordinatione clericorum, et de facultate ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria, et offi-

(1) On voit par ce canon que les prêtres attachés aux églises suburbaines avaient des devoirs à remplir envers l'église mère, l'église de la ville; et partant que l'interprétation que nous donnons dans la note précédente est plus rationnelle que celle de Ducange.

(2) Can. XIV, Labbe, tom. VII, colon. 398.

cium divinum possit impleri, et sacra libamina consecrari. Quod si quis contradixerit, juxta priscos canones communione privetur. »

Au siècle suivant, les abus ne paraissant pas cesser, le Souverain Pontife intervient, et le Pape Zacharie, dans sa lettre à Pepin [1], déclare que les oratoires doivent être érigés, sans messes publiques, sans baptistère, et sans qu'un prêtre non approuvé par l'Evêque puisse y remplir quelque fonction. « Pro eo quod interrogatum est de laicis qui ecclesias in suis proprietatibus construunt, quis ipsas debeat regere aut gubernare; a sanctis Patribus ita statutum est et in præceptis apostolicis sic continetur, juxta petitoris imploratum, ut si in quolibet fundo cujuscumque juris oratorium sive basilica fuerit constructa, pro ejus devotione in honorem cujuscumque sancti, in cujus Episcopi parochia fuerit fundatum oratorium, percepta primitus donatione legitima, id est præstante tot, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabit : ita ut eodem loco nec futuris temporibus baptisteria construantur, nec presbyter constituatur cardinalis : sed etsi missas ibi facere maluerint, ab Episcopo noviter presbyter postulandus, quatenus nihil ab alio sacerdote ullatenus præsumatur, nisi ab Episcopo fuerit ordinatum. »

Ce canon, où il est question d'églises bâties par les particuliers, du prêtre qui doit y faire les fonctions, vise évidemment des oratoires publics, et c'est à tort que Gattico [2] le cite comme se rapportant aux oratoires privés. Il en est de même, du canon 10 du deuxième Concile de Nicée tenu en 787, où nous lisons [3] : « Quoniam quidam clericorum parvipendentes canonicam constitutionem, relinquunt parochiam propriam, et

(1) Cap. 15. Labbe, tom. VIII, colon. 246.

(2) *Op. cit.* cap. XI, n. 11.

(3) Apud Labbe, *ibid.*, col. 1254.

ad alias parochias convolant; et maxime in hac urbe, sese apud principes locant, in eorum oratoriis missas facientes: hos absque proprio Episcopo et Antistite Constantinopolitano non licet suscipere in qualibet domo vel ecclesia : quod si hoc fecerit, et perseveraverit, deponatur. »

21. Au neuvième siècle, les efforts des Evêques étaient devenus incapables d'arrêter l'envahissement des coutumes opposées à leur juridiction. Les seigneurs voulurent avoir tous leur oratoire et leur chapelain. Les moins fortunés, aussi ambitieux que les plus riches, se trouvaient cependant dans l'impuissance de subvenir aux besoins du prêtre qu'ils employaient, en sorte que bien souvent les églises secondaires et les oratoires restaient privés du saint sacrifice. L'empereur Léon le philosophe, en Orient, essaya de porter remède à ces inconvénients, et par ses novelles 4 et 15 il laissa à tous les prêtres la faculté de se rendre à ces oratoires pour y célébrer. Il alléguait la pauvreté des seigneurs et la perte des suffrages pour les âmes des trépassés. « Cum divina gratia in omnibus non modo potentiorum, verum etiam tenuiorum domibus, sacraria Deo erecta sint, et vero sumptus, reliquaque ad rem familiarem necessaria sacerdotibus non possint similiter administrari..... persæpe divinorum mysteriorum expertes manent, et sacra delubra sacrificiis defraudantur. Quin verisimile etiam est nonnunquam defunctorum memoria instante, ob defectum sacerdotis, præsentem memoriæ diem, nullo facto sacrificio, elabi. »

22. Au temps de Charlemagne et de ses successeurs, la jurisprudence antérieure resta en vigueur. La faculté d'ériger des oratoires était illimitée et appartenait à tous les laïques quels qu'ils fussent; les Capitulaires n'exigeaient que deux conditions, savoir : qu'ils fussent suffisamment dotés, et qu'on eût obtenu de l'Evêque la permission d'y celébrer les

saints mystères. C'est la règle que rappelle le célèbre Evêque de Reims, Hincmar, dans ses avis aux archidiacres et prêtres de son diocèse [1] : « Nemo vestrum capellam alicui in domo sua habere concedat sine mea licentia, et unusquisque vestrum describat per suum ministerium, quicumque capellam extra ecclesiam principalem habet a tempore Ebbonis usque ad tempus meum ; et a tempore meo, vel mea, vel alterius licentia factum, et in cujusque presbyteri parochia quæcumque, vel cujuscumque capella sit facta. »

Gattico, qui voit partout des oratoires privés, en trouve naturellement dans ce chapitre d'Hincmar. Sa raison est qu'au chapitre 7, le pieux Archevêque s'occupe des chapelles soumises à certaines églises paroissiales, chapelles qu'il défend de soustraire pour les adjoindre à d'autres paroisses. Or, dit-il [2], on ne peut raisonnablement supposer qu'ayant parlé de ces chapelles publiques au chapitre 7, il s'en occupe encore au chapitre 8. Nous pensons que ce raisonnement du savan canoniste n'est pas fort solide. Car, ainsi qu'il est facile de s'en assurer, le chapitre 7 traite de la division des paroisses, et ne touche qu'en passant un petit mot des chapelles [3].

Au n. 17, Gattico revient sur le Capitulaire d'Hincmar, et cherche la solution d'une difficulté qui s'est présentée, dit-il,

(1) Capit. VIII, an. 874. Labbe, tom. X, colon. 25.

(2) *Op. cit.* cap. XI, n. 15.

(3) « Expresse vobis in nomine Christi præcipio, in rusticanas parochias, pro alicujus amicitia vel petitione, aut pro aliquo præmio, non præsumatis confundere, nec dividere. Neque ecclesias illas quæ ex antiquo presbyteros habere solitæ fuerunt, aliis ecclesiis quasi loco capellarum non subjiciatis : neque capellas de illis ecclesiis quibus antiquitus subjectæ fuerunt ad alias ecclesias subjicere præsumatis. Super omne ministerium vestrum, unusquisque vestrum describat omnes ecclesias et titulos, quæ antiquitus presbyteros habuerunt et capellas antiquitus illis subjectas et mihi scripto renuntiate. » Labbe, tom. X, colon. 24.

à son esprit. Pourquoi Hincmar sépare-t-il ces deux choses, la permission d'élever un oratoire dans une maison, et celle d'y célébrer la messe? Comment se fait-il que l'autorisation d'élever une chapelle soit nécessaire, quand une nouvelle autorisation est requise pour y dire la messe? Il est évident en effet que si on demande la permission d'ériger un oratoire privé dans une maison, c'est dans le but d'y faire célébrer la messe.

On répondra peut-être, dit-il, que cette chapelle domestique, pour l'érection de laquelle était requise l'autorisation épiscopale, est un oratoire fixe, stable, quoique privé; et que de droit, une fois l'érection faite, il n'était nullement nécessaire d'avoir de nouveau la permission de l'Evêque pour y dire la messe; que cependant, quelques laïques n'ayant pas de ces oratoires fixes, permanents, et devant avoir l'autorisation de l'Evêque, pour y faire dire la messe, Hincmar a voulu que, pour ces sortes d'oratoires, on ne pût y célébrer sans recourir à l'Evêque. Hincmar avait donc exigé non pas les deux conditions simultanément, mais disjonctivement. La permission de l'Evêque était nécessaire, ou pour ériger un oratoire fixe, ou pour célébrer dans un oratoire strictement privé.

Cette explication ne satisfait pas Gattico, quoiqu'il la trouve très-bonne : « Nolo ego viam istam tenere, alioquin optimam; » et il se tire de la difficulté en prétendant que, pour obvier à la trop grande multiplicité des oratoires particuliers, Hincmar a bien dû imposer ces deux conditions à la fois. Pour nous, cette nécessité nous échappe, et il nous paraît, quoi qu'en dise notre auteur, que la seconde condition suffisait seule, s'il est uniquement question d'oratoires privés [1].

(1) Gattico, qui soutient bien à tort que les oratoires tout à fait privés étaient autrefois consacrés, expose les raisons qui, selon lui, ont déter-

23. A dater de cette époque, il est rare de ne pas trouver apportée à l'édification des oratoires l'une et l'autre des conditions suivantes, savoir le consentement de l'Ordinaire, la députation du prêtre célébrant par les soins de l'Evêque, et l'obligation d'assister à la messe paroissiale le dimanche, pour y entendre les annonces et avertissements du pasteur. L'usage tendant à devenir abus, les Evêques le restreignaient le plus possible. « Non igitur, *disait l'Evêque d'Orléans, Jonas* [1], sicut se habet quorumdam reprehendenda et emendanda consuetudo, propter ædiculas, quas sibi ad votum suum construunt, ibique Deo sacrificium offerri posse et debere contendunt, templa... sunt relinquenda. »

Le Concile de Pavie [2], de l'an 855, condamne l'irréligion des personnes riches et puissantes, qui, ayant des églises près de leurs maisons, *juxta domos suas basilicas habent*, ne venaient point aux grandes églises pour y entendre la parole de Dieu, qu'on leur eût adressée s'ils y eussent été présents, pour les exhorter à ne point opprimer les pauvres : au lieu que les pauvres seuls assistant aux sermons, on n'y parlait que pour les affermir dans une constante patience contre les oppressions des riches.

miné les Evêques, à partir du neuvième siècle, à ne plus faire cette consécration, de telle sorte que, depuis le onzième siècle, la consécration d'un oratoire est tout à fait une exception. Nous pensons qu'il verse dans l'erreur, et que les Canons parlant de la consécration des oratoires construits dans les maisons des particuliers, entendent par là des chapelles castrales situées soit à l'intérieur, soit à proximité des châteaux, et destinées à perpétuité au culte divin. Or ces chapelles ne sont pas des oratoires privés, mais des oratoires ou chapelles particulières qui tiennent le milieu entre les oratoires publics et les oratoires privés. Ajoutons ceci qu'il serait aussi aisé d'établir que les textes vantés par Gattico s'appliquent aux oratoires publics, qu'il l'a été à Gattico de prouver qu'ils se rapportent aux oratoires privés.

(1) *Instit. laicorum*, cap. 11. (2) Labbe, tom. IX, colon. 1163.

Théodulfe [1], dans ses Capitulaires, avertit les prêtres qui célèbrent en particulier dans les églises ou dans les oratoires de dire la messe si secrètement et de si bonne heure avant Tierce, que personne ne puisse s'exempter de venir à la grand' messe. « Ut missæ quæ, in dies dominicas, peculiares a sacerdotibus fiunt, non ita per publico fiant, ut per eas populus a publicis missarum solemnitatibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur...Sacerdotes per oratoria nequaquam missas, nisi tam caute ante secundam horam celebrent, ut populus ex publicis solemnitatibus non abstrahatur. »

Le sixième concile de Paris, en 829, fit de sanglantes invectives contre les prêtres qui se laissaient persuader de dire la messe dans les maisons des particuliers, ou même dans des chapelles, sans la permission de l'Evêque, permettant néanmoins dans la nécessité, lorsqu'on est en voyage et fort éloigné de toute église, de célébrer dans les campagnes sur des autels consacrés, pour que le peuple puisse entendre la messe [2].

Nous allons rapporter ce canon en entier, nous le ferons suivre de plusieurs autres qui nous conduiront jusque vers la fin du quatorzième siècle. On y trouvera la confirmation de ce que les synodes précédents avaient réglé, par rapport aux oratoires des trois espèces dont nous avons parlé, et notamment des oratoires qui tiennent le milieu entre les oratoires privés et les oratoires publics.

24. A. Consuetudines ad quorumdam libitum repertæ, licet

(1) Cap. 45, 46, Labbe, tom. IX, col. 190. Cfr. Sirmond, *Opera varia*, tom. II, col. 680.

(2) 1re partie, canon 47. Labbe, tom. IX, col. 739. Hincmar nous apprend que ces autels portatifs étaient des tables de marbre, ou de quelque pierre noire, que l'Evêque consacrait pour servir dans les chapelles qui ne devaient jamais être consacrées, ou en attendant qu'elles pussent l'être. Labbe, tom. x, colon. 19.

contra auctoritatem ecclesiasticam existant, non facilem tamen correctionem accipiunt. E quibus est illud quod plerique presbyteri, neglectis basilicis Deo dicatis, in domibus et hortis missarum celebrationes contra divinam aucteritatem et canonicam institutionem facere præsumunt. Et hoc similiter ad Episcoporum culpam pertinere perspicuum est. Proinde necesse est ut unusquisque Episcoporum hujuscemodi temerariam consuetudinem a parochia sua penitus amoveat. Et si quis presbyterorum abhinc, excepto quando in itinere pergitur, et locus basilicæ procul est, et id in altaribus ab Episcopo consecratis fieri necessitas compellit, ne populus Dei sine missarum celebratione, et corporis et sanguinis dominici perceptione maneat, missarum celebrationes in hujuscemodi illicitis locis, post tot tantasque prohibitiones facere attentaverit, dignum est ut gradus sui periculum incurrat.

Laicos namque plerosque meminisse oportet pœnæ regis Oziæ, qui pro eo quod contra fas sacerdotale ministerium arripuit, lepræ immunditia illico mulctari meruit. Et diligenter perpendant non esse sui officii, ut, relictis basilicis Deo dicatis, et episcopali auctoritate contempta, ad libitum suum in hortis et domibus, vel certe ædiculis, quas juxta domos suas construunt et palliis exornant, in quibus altaria erigi faciunt, missarum celebrationes presbyteros facere compellant. Satius igitur illis est missam non audire, quam eam ubi non licet, nec oportet, audire. Sed et presbyteri, si tamen presbyteri vocandi sunt, qui inconsultis Episcopis suis altaria in talibus locis erigere præsumunt, juxta censuram canonicam gradus sui periculum incurrere merentur. Recenti quippe tempore de celebrandis in talibus locis missis emersit contra auctoritatem ecclesiasticam hæc, ut quibusdam videtur, religiosa consuetudo : quæ, quia aperte ecclesiasticæ antiquæ traditioni videtur reniti, non debet nova adinventione et qualibet pertinaci intentione defendi.

Quando enim in itinere pergitur, non industria, sed necessitas alibi, quam in ecclesia, missarum celebrationem fieri urget : quando vero in domibus et hortis absque præmissa necessitate fit, aperte humana præsumptio et præcepto divino et auctoritati

canonicæ contraire comprobatur. Ubi autem Deo sacrificium offerendum sit lex divina docet, Domino dicente : *Non offeras holocaustum tuum in omni loco, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ibi offeras holocaustum tuum.* Et in concilio legitur : « Non oportet, *inquit*, in domibus oblationes fieri. » Quando ergo quod Dominus prohibet facere humana præsumptio non metuit, procul dubio præceptum Dei transgredi non pertimescit. Quapropter necesse est ut consuetudines pravæ postponantur, et, jussionibus divinis obtemperando, ecclesiastica auctoritas amplectatur.

B. Quod præterea si villæ remotæ sint, indulgetur ut villani unum tantum mittant ad parochialem ecclesiam, non est intelligendum hoc ipso eos excusatos fuisse a sacro audiendo : neque hoc ipsi negligebant, sed paratas in singulis pene villis habebant et aras et sacerdotes,sed præter hoc tenebantur audire concionem, et proponentem verbum Dei audire, quod non fiebat nisi in ecclesia parochiali, qualem denæ villæ habebant singulam [1].

C. Missa non celebretur nisi consecratis in locis, nisi causa necessitatis aliqua existente et tunc in tentorio sive alio mundo loco : sed viæ tantum ac itineri hæc vacet necessitas, non venationi ; nec sine tabula itineraria [2].

D. Nullus extra ecclesiam in tentorio, vel in aliquo loco vel domo, missam celebrare aut audire audeat, nisi rex, aut Episcopi, comites et abbates illi,qui tentorium aut aliquod hujusmodi divino solummodo cultui præparatum habere possunt. Et hoc tantummodo quando sunt in via [3].

E. Tertius casus vel deinceps bis in die celebrandi nobis interim non occurrit, nisi forte aliquis habeat ecclesiam simul et capellam, quod non est diu de facili tolerandum, nisi habeat coadjutorem [4].

(1) *Concilium Szabolchense in Hungaria*, 1092, ad cap. XI, notæ P. Melch. Incoffer, S. J. Labbe-Coletti, supplem. tom. II, col. 101.

(2) *Constit. eccles. Colomanni regis Hungariæ*, 1103, *ibid.*, col. 208.

(3) *Concil. Strigonen.* cap. XXXV, *ibid.*, col. 296.

(4) *Addenda ad stat. synod. Odonis ep. Paris.* 1198, *ibid.*, col. 774.

F. De capellis vero sic disponimus ordinandis : quod in iisdem de novo constructis, non celebretur sine auctoritate Episcopi speciali. Quod si eo inconsulto constructæ fuerint, aut in ipsis ausu temerario celebratum; per archidiaconum in suis visitationibus hoc comperto, cantaria sine moræ dispendio suspendatur, quousque super hoc per Episcopum gratiam meruerint specialem, sine juris præjudicio alieni. Hoc idem decrevimus in capellis ab antiquo constitutis, quæ non sunt episcopali munimine roboratæ, prohibentes ne aliquid de novo, sine nostra licentia construatur, quam in casibus a jure concessis.

Volumus etiam et ordinamus, quod cum capellæ plures sitæ sint in parochiis, propter parochiarum amplitudinem, diligenter et arctim inquirant de prædictis, et sacramento simili astringantur, quod excessus subditorum, sine aliqua fraude vel scrupulo demonstrabunt, et in capellis compareant quotiens fuerit authoritate [1].

G. Statuimus quod nulla ecclesia vel oratorium sine Diœcesani consensu construatur, vel in constructis sine ejusdem consensu vel auctoritate, divina officia aliqua temeritate celebrentur, quin potius secundum canones sacros profanentur.

H. Statuimus ut quilibet nostrum in sua diœcesi diligenter inquirat quo jure et qua auctoritate fuerunt constructæ : quod si minus rationabiliter constructæ fuerint, vel etiam imposterum construantur, secundum instituta Canonum sint suspensæ, proviso quod cujuscumque auctoritate constructæ fuerint capellæ quæcumque, indemnitati in omnibus matricis ecclesiæ prospiciatur.

